Manuale

Latinitatis juris Canonici

rerum moralium et theologicarum, brevissimis annotationibus et probationibus instructum, quo lexici juris Canonici lineamenta proponere studuit

Conradus Franciscus Rosshirt

Juris Consultus.

Scaphusiae.

Impensis Hurterianis.

MDCCCLXII.

In toto mundo nullo modo majoris momenti existit jurisprudentia, quam illa, quae ex dogmatibus, ritibus, moribus et constitutionibus decretisque redundat, ideo vix homo doctus gloriari potest de cognitione plenaria juris ecclesiastici, cujus fontes sunt omnia, quae pertinent ad philosophiam, theologiam et jurisprudentiam ecclesiae catholicae.

Non enim loquetur a semetipso, sed quaecunque audiet, loquetur. De meo accipiet et annuntiabit nobis.

Vid. Evang. Joann. XVI. 13. et 15.

Praefatio.

Quum de lexicographia juris Romani olim optime meruerint inter ceteros, Brissonius ex editione Heineccii atque etiam Calvinus, et nostra aetate Cramerus et Dirksenius*) — deinde de jure Germanico illustrissimus du Fresne du Cange, cujus opus satis cognitum omnibus, emendatius et locupletius nunc exhibuit Henschelius**), facile quisque concedit, dolendum sane esse, neminem adhuc cogitasse de simili opere condendo, quod ad jus Canonicum attinet, licet tale opus valde exoptandum esse omnes concesserint.

Quare nos ipsi talis operis periculum faciendum esse credidimus iis destituti praesidiis, quae ex aliorum virorum doctorum studiis in eodem genere elaborantium percipi so-

*) Dirksenius rem non solum ad juris disciplinam respiciens tractavit ita ut significationes juris demonstraret, sed etiam verborum ambitum ex scriptorum classicorum usu disquisivit eorumque indolem et virtutes perscrutatus est ita ut varias significationes in classes distribueret paragraphorum ordine, simulque opposita et conjungenda indicaret. Itaque res etiam amplius a celeberrimo viro persequenda erat, uti jam ipse in praefatione dixit: sed haec ratio a nostro opere aliena est. In singulis notionibus systema Dirksenii etiam in jure Canonico perutile videtur e. g. si persona vel res ecclesiastica opponitur personae laicae vel rebus temporalibus, in qua re etiam conjunctae notiones inducendae erant: e. g. laici, qui immunitatis ecclesiasticae jure gaudebant.

**) In iis vocabulis, quae hoc libello non continentur, semper recurrendum est ad illud opus, e. g. pluviale, tunicella et ad libros liturgicos e. g. antipendium altaris.

lent, cum nemo unquam ad tale opus accesserit, quale nunc proponimus, omnibusque, qui postea in his studiis succedent, commendamus.

Ac duae imprimis obstabant difficultates, altera, quod verba demum exquirenda erant, quae non ad classicos, qui dicuntur, scriptores pertinebant, quae neque ex jure civili, neque ex jure germanico sumta erant; talia enim aliorum operibus relinquenda duximus: proficiscuntur autem nostrae voces tam ex lingua graeca, quam ex lingua latina ecclesiastica medii aevi recepta (est enim ecclesia vel orientalis vel occidentalis) propriamque non raro habent illae voces etymologiam, sed grammaticam*) et syntaxin classicorum scriptorum sequuntur: atque hic labor sane maximus erat: — alterum illud erat, quod hoc tempore non ut olim in societatibus doctorum virorum talia tractari solent, sed ipse solus omnem operis laborem suscipere coactus eram, et cum in singulis tantum rebus vocibusque ad aliorum virorum doctorum libros delegare possem, reliqua omnia iis permittere debebam, qui meum consilium et probarunt et amplius persequi volent.

Auctorem operis multa ad hanc rem spectantia scripta perlegisse, neminem fugere poterit, eundemque etiam melius forsitan quam alios juris Canonici scriptores potuisse in concordiam redigere jus Romanum et jus Canonicum**), praesertim cum adhuc plerique ad germanicam historiam et scripta hierarchica tanquam fontes subsidiarios respicere

---

*) Quod quisque intelligere potest, si modo respicit ad vocabula praeposita: **Ab. Ad. In.** V. nostrum lexicon. Aliae praepositiones linguae latinae minoris momenti sunt De: Ex: Prae: Per: Pro etc. neque de iis in hoc libello sermo erat.

**) Pascipoverus primus erat, qui concordiam utriusque juris scripsit. Sarti de claris Archigymn. Bon. p. 156. Merkel in Savigny hist. jur. V. vol. pag. 422.

malint, quam ad vim et gravitatem juris Canonici ipsius tanquam juris communis et quidem exclusivi per medii aevi tempora: id quoque aequi judices eorum, quae ipse praestiterim, facile perspicient.

Itaque paucis monuisse sufficiat, auctorem hujus operis non solum rem ipsam juris Canonici attigisse, adhibito Ferraris libro celeberrimo bibliothecae promptae omnium editionum, Casinensis quoque (ex ed. Mignei Parisiensis) et fontium omnium ac scriptorum juris Canonici ipsius; sed contulisse etiam opiniones glossarum Corporis juris Canonici et indicasse progressum vocabulorum ecclesiasticorum antiquioris et posterioris aetatis, quae barbarum dicendi genus neutiquam prae se ferunt neque ad orthographiam neque ad syntaxin: quod lectores cognoscere poterunt, si comparare velint Noltenii lexicon latinae linguae antibarbarum.

Porro inspicienda erant vària opera, quae ad hanc rem pertinent, vocabularius utriusque juris (de Savigny hist. jur. rom. ed 2a vol. 6. pag. 132. 499) deinde Alberici de Rosciate dictionarium juris utriusque (Dirksen systema lexicographiae pag. 36)*) — opusculum Dyni de regulis juris, flores legum, lexica denique graeca — Romanorum linguae, itemque Germanica Adelungii, Grimmii et scripta Doctorum ecclesiae et scholasticorum.

Auctorem hujus operis denique perscrutatum esse patet Missale, Breviarium, Calendarium triplicis generis ecclesiae, ordinum, scholarum, Monographias latino, gallico, Italorum et germanico sermone conscriptas, in specie conciliorum omnium: — ex quibus optime apparet, latini-

*) Exstant adhuc vocabularii multi manuscripti e. g. in bibliotheca Universitatis Regimontanae (Regim: 1861) pag. 48., Auctoris incerti lexicon juridicum incipit in articulo Accipere p. 49. Glossarium juridicum e vocabulario juris utriusque, qui nominatur, excerptum etc.

nitatem ecclesiasticam valde locupletatam esse novis vocabulis, neque vero recessisse ex usu consueto linguae latinae et constructione Classicorum — quod praecipue comprobatum videbis constitutionibus ipsis et bullis Pontificum Romanorum.

Inde propria nata et exorta est vel hominibus doctis non satis cognita latinitas juris ecclesiastici. Hujus igitur latinitatis medio aevo ortae et formatae fundamentum quoddam constituere singulis huc spectantibus vocabulis collectis, quantum potuimus, et alphabetico ordine dispositis in animo habuimus, minime arbitrantes omnia nos vocabula proposuisse et explicasse, omniaque cum pulvisculo, ut dicunt, exhausisse, sed id sperantes fore, ut alii nostra operâ excitati eadem vi pergant, ipsique tirones ad haec studia juris Canonici amplius persequenda incitentur. Ac neminem fugit, omnes artes ac disciplinas, quae scientia et experientia constant, atque in dies mutantur, temporumque progressu et ipsae promoventur, suas habere aut sibi formare voces ad res, quae exprimendae sunt, aptas et temporum aeque ac locorum rationibus accommodatas: cum theologia, quae omnem vitam humanam comprehendit, nec loca nec tempora nec ipsas singulas gentes respiciat, indeque voces formet, quae cum ad omnia loca et tempora omnesque orbis terrarum gentes pertineant, in sermone latino quasi mortuo semper manent, neque vero pro emortuis sunt habendae, sed maxime vivae et totius orbis sunt manentque semper ac manebunt, dum ipsa manet religio Christiana. Haec igitur nobis quoque respicienda erant in singulis vocibus, ubi ad ipsos fontes aut ad scriptores primarios, qui haec antea uberius tractarunt, eos delegavimus, qui haec accuratius cognoscere cupiant. Neque nova attulimus neque rationes philosophorum, historiaeque scriptorum ex sententiis neotericorum proposuimus. Expo-

sitiones singulorum vocabulorum sunt fundamentum artis literariae, ita quidem, ut ex grammatica juncta simul cum prima institutione mathematices studia primaria nostrae juventutis prodeant neque deteriorari debeant explicationibus eorum, qui facta historica non enarrant, sed historiam ipsi construunt.

Praeterea ne quid deesset, post tot labores diuturnos ac difficiles ad tirones erudiendos addere placuit expositionem juris Canonici respectu habito medii aevi et nostrorum temporum vernaculo sermone scriptam et praefatione vernacula instructam.

His vero omnibus nihil aliud spectavit auctor, quam ut juvenibus studiosis, qui ad haec tractanda aliquando accessuri sint, viam aperiret seque ducem aptum et accommodatum iisdem probaret.

Heidelbergae 11. Martii 1862.

Hoc libello typis jam expresso — recepimus opus Parisiis nuper editum

„**Addenda Lexicis Latinis**
investigavit collegit digessit
L. Quicherat"

de quo judicare ICtis non competit. Etenim auctor hujus libri aliud sibi proposuit, quam quod nos in perficiendo opere sequi voluimus. Sunt enim lexica vel generalia vel unius tantum disciplinae, ad cujus rationem noster liber propius accedit. Dubitamus quoque, an omnia illa verba, quae lingua latina diversis temporibus tulit, iisdem lexicis comprehendenda sint, cum illa vox latini sermonis esset vel viva vel tantum in literarum scriptis monumentis vigeret.

Lexicon enim, quod talia omnia complecteretur, facile linguarum, quae dicuntur Romanae, recenter conformata

vocabula cum verae et genuinae linguae latinae vocibus confunderet. Nostrum vero opus spectat ad linguam latinam vivam et genuinam, quia ecclesia Catholica semper utitur verbis latinis, neque sequitur idiomata nationum, sed tam in spiritualibus et sacramentalibus quam in aliis rebus vivas voces et vocabula technica classica adhibet.

Heidelbergae mense Junii 1862.*)

*) *Errata nonnulla in fine libri indicavimus: alia lectoribus benevolis corrigenda relinquimus sic pag. 99. kalogetos — leg. kalogeros.*

Conspectus operum praecipuorum in nostro libro adhibitorum.

Adelung — Wörterbuch.
Annales Heidelbergensis Universitatis MS. in variis tomis.
Annales juris pontificii Romae usque ad annum 1862.
Aquinatis Thomae summae theologiae, in quatuor partes divisae.

Baldassinus Clementis V. Constitutiones in concilio Viennensi. Romae MDCCLXIX.
Baronius Annales Ecclesiastici.
Benedictus XIV. de synodo dioecesana editio Moguntina.
Berardi Commentaria in jus ecclesiasticum universum. Venetiis 1778.
Bernardi Papiensis summa ex editione Laspeyres 1861.
Bianchi Gian' Antonio della podestà e della politia della chiesa. Roma MDCCLI. liber nunc quoque 1860 in linguam gallicam translatus.
Bingham Origines sive antiquitates ecclesiasticae.
Binterim Geschichte der deutschen Concilien. Denkwürdigkeiten.
Böhmerus corpus juris Canonici. Halae Magdeburg. — Ejus annotationes praecipue illae, quas ipse sub Ind. VII. adhibuit.
Bolgeni L'episcopato. Romae 1824.
Bona Rerum liturgicarum libri XI. Taurini 1749.
Bonner Lexicon ecclesiasticum. Francof. et postea Mogunt.
Bouix opuscula varia.
Brancati epitome Canonum. Col. Agripp. 1684.

Breviarium.
Bullarium magnum. Luxemb.

du Cange v. du Fresne.
Carpentier glossarium ad scriptores medii aevi Parisiis MDCCCXIII.

Corpus juris Canonici inprimis opiniones glossatorum, qui significationes varias falsissime explicaverunt e. g. in voce „apologia". Ipsis erat ἀπὸ non solum praepositio sed potius verbum inseparabile, uti dicebant, vel adverbium „longe, procul" (res a re). Reus dicitur a re, quae petitur. glossa ad c. forus de V. S. denique Pentecoste glossa ad clem. un. III. 16. et caetera. Magister nomen hoc dicitur a monacho sive a monstrando gl. ad c. 1. X. V. 6.

Corpus juris-civilis. Codex Theodosianus, Justinianeus. Haenel corpus legum vid. Haenel.
Craccas Notizie per l'anno 1859.

Dante la comedia divina.
Decreta authentica S. R. Congregationis (rituum) cum notis Gardellini et Instructio Clementina. nunc edid. Wolfgangus Mühlbauer. Monaci 1862. v. Ferraris biblioth. prompt.
Decretum Gratiani.
Devoti Institt. ed. Gandensis.
Devoti jus Canon. tom. I. II. III. Romae 1837.
Dirksen Manuale Latinitatis fontium juris Civilis Romanorum. Berolini MDCCCXXXVII.
Döllinger Kirchengeschichte et libri singulares.
Doujat praenotionum canonicarum libri quinque ed. Schott. Lips. 1775.
Drey apostolische Constitutionen. Tübingen 1832.

van Espen Jus ecclesiasticum universum. Mogunt. 1791.

Facciolati (Forcellini) totius Latinitatis lexicon. Patavii MDCCCV.

Fagnani Prosperi Commentaria in quinque libros Decretalium. Col. Agripp. MDCLXXXI.

Ferraris prompta bibliotheca Canonica, Juridica, Moralis, Theologica. (Romae 1. 2. 3) ex aliena manu. Neapolitana. Barbielliniana. Casinensis (a Migneo denuo edita).

Fontanini (Turrecremata) nova ordinatio Decreti Gratiani. Romae MDCCXVI.

du Fresne (du Cange) glossarium mediae et infimae aetatis (edd. antiquae et Henscheliana).

Freiburger Lexicon ecclesiasticum. Friburgi.

Gallandius Andreas de vetustis canonum collectionibus sylloge. Mogunt. 1790.

Gardellini v. Decreta authentica.

Giraldi Ubaldo Expositio juris Pontificii juxta recentiorem Ecclesiae disciplinam. Romae MDCCCXXX.

Goffine Unterrichtsbuch.

Gonzalez Tellez ad Decretales Gregorii IX.

Gratianus v. Decretum.

Grimm Wörterbuch.

Haenel Corpus legum ab Imperatoribus Romanis ante Justinianum latarum, quae extra constitutionum Codices supersunt. Lipsiae 1857—1860.

Hefele Conciliengeschichte. Freiburg 1855.

Heidelberger Universitäts-Annalen.

Index Latinitatis Tertulliani. ed. Migne. Parisiis.

Jöcher allgemeines Gelehrten-Lexicon mit Nachträgen. VI. Bände.

Isidorus: Scripta de doctrina collectionis pseudoisidorianae ab Augustino Epis. Caesaraug., Waltero, Rosshirt et aliis.

Isidorus etymologiae de originibus.

Jus pontificium vid. Giraldi.

Klee (Dogmatik, Dogmengeschichte).

Klotzius Lexicon ling. Latin.

Laurière glossaire du droit Français contenant l'explication de mots difficiles, qui se trouvent dans les ordonn. Paris 1704.

Liber diurnus ed. Garnerius. Paris MDCLXXX.

Ligorio Alphonsi theologia moralis. Bonon. MDCCXLII
Ejusdem: homo apostolicus (in einer deutschen Uebersetzung) Ratisbonae 1854.

Lupoli Vinc. Juris ecclesiastici praelectiones. Neapoli 1787.

Mabillon Joannes. Iter Italicum et de re diplomatica.

Mansi Domin. Sacrorum conciliorum nova et amplissima collectio. Venet. 1769.

Marca Petrus de concordia sacerdotii et imperii. (edit. Bambergensis.)

Martenius de antiquis ritibus. Antv, 1736.

Missale.

Möhler (Symbolik).

Moreri le grand Dictionaire historique deuxhuitième et dernière edition. MDCCXL.

Morinus de poenitentia.

Moroni dizionario.

v. Moy Archiv.

Muratori historia Rerum Italicarum.

Noltenius. Lexicon Latinae linguae Antibarbarum. Venetiis MDCCXLIII continens varios auctores grammaticos pag. XIV. et seq.

Pancirolus Guido de claris legum interpretibus. Venetiis MDCLV.

Patrologia Romana ed. Migne. Paris.

Perrone praelectiones theologicae. Romae 1840.

Phillips comment. in jus Canon.

Phillips compend. juris Canon.

Ponsius Josephus de antiquitatibus juris Canonici. Spoleti MDCCCVII.

P. S. significat „Pontifex summus."
Praelectiones juris Canonici. Parisiis 1857.

Reiffenstuel Anacletus jus can. universum. Ingolst. 1743.
Regino de causis synodalibus ed. Wasserschleben.
Richter Kirchenrecht.
Joann. Anton a Riegger bibliotheca juris Canonici. Vindob. 1761.
P. J. Riegger et Joann. Anton a Riegger de Gratiani collectione Canonum — oblectamenta hist. et jur. can. Ulmae 1776.
Rigantius ad Regulas Cancellar. tom. IV. Romae. et Coloniae Allobrogum. MDCCLI.
Ritter (Kirchengeschichte).
Rosshirt (canonisches Recht). et ad librum VI. Decretalium.
Rozière Recueil général des formules du V au X siècle. Paris 1859. 1861.
Rupprecht notae historicae apud Joannem Carolum Hraba Bohemiae typographum 1751.

Sanchez Thom. de matrimonio. Lugd. MDCLXII.
Sarti de claris Archigymnasii Bononiensis professoribus. Bononiae MDCCLXIX.
v. Savigny Gesch. des römischen Rechts im Mittelalter. edit. secunda.
Scheller Lexicon ling. Latin.
Schmalzgrueber Jus ecclesiasticum universale. Ingolst. 1726.
Schmidt thesaurus juris Ecclesiastici. Heidelbergae. Bambergae. Wirceburgi MDCCLXXII.
Schulte Kirchenrecht.
Suarez Franciscus de Censuris. Lugd. MDCIV.

Tertullianus v. index Latinitatis.
Thomas ab Aquino v. Aquinatis.
Thomassinus — vetus et nova ecclesiae disciplina circa beneficia et beneficiarios. Magontiaci 1787.

Tractatus tractatuum seu potius tractatus universi juris in unum congesti XVIII materias XXV Voluminibus comprehendentes. Venetiis 1584. per Franciscum Zeletum. fol.

Vocabularius seu
Vocabularium utriusque juris, Parisiis 1518.

Walter, Kirchenrecht.

A.

A. AB. non solum praepositio sed et propositio vocabulorum est e. g. absentia, absolutio, alienatio.

Abacus v. *Ferraris* ind. rituum (parva mensa) item Abbatialem missam.

Abbas,

Abbatiae,

Abbatissa, quae vocatur **amma** *Ferr. ed. Casin.* (Migne) I. p. 83.
vid. quoque Indicem ap. *Thomassinum* et indicem *P. S. Benedicti* XIV de synod. dioeces.

Abba-Comites i. e. laici commendatarii abbatissae etc.

Abbreviatores ii, qui brevi compendio impetrata a *S. Pontifice* in supplicationibus et postea latius in literis extendunt, appellati sunt. v. *Ferraris. Moroni* s. v. abbreviatori.

Abecedarius, praeceptor, qui pueros edocet elementa literarum — item elementarius puer. *Hieronymus, Augustinus, Fulgentius* apud Vossium de vitiis serm. p. 303.

Abjurantes haeresim de levi vel de vehementi. *Ferrar.*

Ablutio manuum in missa. novus articulus ap. *Ferrar.* in edit. *Casin.*

Absens, ad electionem, ad chorum, ad judicem, ad absolutionem a peccatis et censuris *Ferraris.*

Absentem qui defendit, agit causam omnibus communem. Cf. not. in ed. corp. jur. *Böhmeri,* I. p. 460. *Rosshirt,* Dogmengeschichte s. v. Stellvertretung: et glossam ad c. 9. C. I. qu. 7.

Absida (ἅψις), quod proprie arcum, fornicem significat: absida pars est aedis sacrae interior, in qua altare collocari solet. (*Ferrar. ed. Casinensis.*)

Absolvere ab instantia: — fit in foro externo, et apud Romanos in foro civili ita, ut eadem res in judicium revocari possit. Nequaquam vero illi judicio opponenda est actio vel exceptio rei judicatae, quae duae pro veritate accipiuntur.

Absolvere a peccato — fit in foro interno vel poli et est vel absolutio plena, qua quis praevia contritione plene liberatur vel conditionalis, qua quid reservatur. V. rigorismus, probabilismus.

Absolvere ad cautelam, ad reincidentiam *Rosshirt*, can. Recht pag. 817.

Abusiones saecularium sunt duodecim. Sapiens sine operibus, senex sine religione, adolescens sine obedientia, dives sine eleemosina, femina sine pudicitia, dominus sine virtute, frater contentiosus, pauper superbus, rex iniquus, episcopus negligens, plebs sine disciplina.

Abusiones sunt duodecim in claustro: „praelatus negligens, discipulus inobediens, juvenis otiosus, senex obstinatus, monachus curialis, monachus causidicus, habitus pretiosus, cibus exquisitus, rumor in claustro, lis in capitulo, dissolutio in choro, irreverentia circa altare.“ glossa ad clem. 1. III. 10.

Abusus in baptismo, confessione, eucharistia, matrimonio, ordine, sacra scriptura *Ferr.*

Recursus ab abusu est usurpatio rerum ecclesiasticarum per potestatem saecularem.

Accensator a censu. *Vid. du Fresne (ed. Henschel)* i. q. in jure canonico mediator. c. 20 C. XII. qu. 2.

Acceptio i. e. „respectus personarum“ c. 6. C. XXVI. qu. 7. c. 12. de Reg. jur. in VI°. *Dyni*, Comment. ad h. l. *Benedicti*. XIV. d. s. d. (ed. Mog. pag. 87. Tomi II.) *Scheller*, Lexic. sub. Nr. 5. (*Facciolati* non habet h. v.) *Clotzius* pag. 59. — Denique observat *Noltenius* „hoc verbum esse ecclesiasticum.“ V. quoque *Ferraris* ed. *Casin.*

Accessus „quia judex ad rem inspiciendam accedit, eique locus est in iis rebus, quae sub oculos cadunt“ *Devoti* institt. jur. can. tit. de probat. §. 27.

Accessus in eligendo pontifice. v. *Philipps* jus eccles. tom. V.

Accessus oratio presbyteri ante missam concelebrandam.

Accessus et regressus ad beneficia, quae pontifex concedere potest personis ad beneficia consequenda inhabilibus, prohibitus a Conc. Trid. Sess. 23. c. 7. de reform. *Ferr. ed. Cas.*

Accusatio *Bernardus Pap.* summa Decretalium ad lib. 5. c. 1. Glossa ad quaest. 8. C. II. — quod aliud est accusatio, aliud infamatio, aliud denunciatio.

Accusatio et Inquisitio. In jure Romano praevalebat jus privatum et actionis popularis et quaestionis perpetuae systema (*Haenel* corpus legum etc). In jure canonico et posteriori germanico vigebat jus publicum, ideoque factum est, ut per inquisitionem res tractarentur, ad delicta dijudicanda.

Accoliti, Acolythi dicuntur ceroferarii, et accendentes, et a deportandis cereis, quando legendum est evangelium aut sacrificium offerendum — ut typo luminis corporalis ostendatur illa lux, de qua Joannes in evangelio dicit — erat lux vera. Est ordo post subdiaconatum c. 15. X. de convers. conjug. c. 1. dist. 21. *Thomass.* in indice. *Moroni* s. h. v.

Acedia — pro torpore quodam corporis et virium naturalium hebetudine ad laborem suscipiendum — pro passione appetitus sensitivi operis laborem et difficultatem refugientis — pro fastidio quodam rerum spiritualium seu taedio bene agendi. *Ferraris* s. h. v.

Acephali sunt, qui praelato non subsunt. gl. ad tit. VII. extrav. Joann. XXII. praelati nullius. Acephali apud Graecos, qui nulli patriarchae subsunt.

Acra terra — „viginti acras terrae frugiferae v. c. 3. X. de eccles. aedific. III. 48. v. *du Fresne* — saepius acerra. *Acker*: (s. vern.), aclea. In illo capitulo 3. constituitur, ut rector ecclesiae matricis, cum ex ea altera ecclesia quasi filia oriatur, patronus filiae pronuncietur neque id jus ad patronum ecclesiae matricis extendatur. Conc. Trid. Sess. 21. c. 4. de reform.

Acrimonia i. e. poena — excommunicatio, quasi acris monitio. Vid. admonitio, quae acrimoniae praecedit ex Conc. Trid. gl. ad c. 7. X. 3. 33.

Actio — libellus actionis:
realis non solum datur pro re corporali, sed etiam pro re incorporali. gl. ad c. 3. tit. XIV. extrav. Joan. XXII.

Actio in factum vel imploratio, quae non est rei judicatae actio juris Romani ad cognitionem praetoris, sed oritur ex sententia definitiva, ad implorandum judicis officium in exsequendo. gl. ad Clem. 7. II. 12. vid. Edere actionem.

Actor — quae personam quasi repraesentat. Apud Romanos hae personae dicebantur universitates personarum: sed in jure canonico complexus rerum et singulae res nomen personae et actorem accipiunt.

Actus legitimi in jure Romano sunt actus solenniter perfecti vel confirmati. Legitimae actiones ex lege XII. tabul. *Gajus* I. 155. III. 19. *Ulpiani* fragm. XI. 30. XII. 1. l. 13. D. de cur. fur. 27. 10. conditionem non recipiunt neque diem. l. 77. D. de *R. J. Dirksen* man. s. v. legit. §. 3

Actus legitimi in jure canonico Reg. 50. in VI°. *Dynus.* ad. h. reg. Actus legitimus erat quodvis negotium juridicum, cum de solennitate nil pendebat e. g. emtio venditio erat actus legitimus, ideoque recipit ex hoc jure conditionem et diem.

Ad: plerumque in significatione „quod attinet „ad": aliter in c. 1. X. de fide instrum. „ad exemplaria nil facere possumus" aliter ad peccatum i. e. usque ad peccatum, *Dirksen* manuale.

Haec praepositio multifarias significationes offert. *Facciolati* pag. 42. *Dirksen*, Lexicographie p. 65. *Klotz*, Handwörterbuch. — Vocabularium utriusque juris Parisiis 1518. *Freiburger Kirchenlexicon.* tom. V. Diatribe contra Jesuitas.

Adjuncti i. e. consiliarii episcopi. *Ferraris* s. h. v.

Admonitio, quae praecedere debet excommunicationi. V. Conc. Trid. Sess. 25. de reform. c. 3.

Adobare i. e. armis instruere v. adoppiare *du Fresne.*

Adoptianismus — secta Elipandi — *Hefele*, Conciliengeschichte III. p. 104. 601 sequ.

Adoratio est veneratio sanctorum (**Dulia**). Salutatio cum supplicatione *Dirksen* s. v. adoratio.

Adulterium μοιχεία—nullo modo πορνεία. Haec enim significat stuprum: adulterium in sensu proprio est corruptio matrimonii, sed et haec non solvit matrimonium, nam quod Deus conjunxit homines non solvunt. *Döllinger*, „Grundlegung der Kirche, Beilage III. et in opere ipso p. 391 seq. cui respondet textus in evang. *Matthaei* V. 32, „sponsum dimittere sponsam stupratam — minime vero maritum uxorem adulteram" significatione „μοιχεία" hoc sensu utitur *Bernard. Pap.* summa V. 13.

Adulterium in sensu singulari est: si quis ardet in uxorem propriam velut adulteram, adulter est. gl. ad c. 20. C. XXVII. qu. 1.

Adunatio ecclesiarum est unio. Lib. diurn. ed. *Garnerius.* p. 77.

Advocati sunt curiales, qui vel curiae vel singulis partibus de jure respondent; sunt et ad officia specialia nominati vel titulati. Inter illos nonnulli ecclesiae praelaturam obtinent — in specie advocati consistoriales — sunt revera Papae familiares. *Ferraris* s. h. v. *Moroni* s. h. v. E quibus septem, qui appellantur participantes, sunt in ordinem Ictorum coacti, ita ut summos in jure honores conferre possint (*Bened.* XIV. in bulla inter conspicuos). *Phillips* comp. jur can. §. 112.

Advocatus i. e. defensor rerum ecclesiae — patronus adeo potest esse advocatus: tunc omnia pendent ex speciali jure patronatus: pure autem advocatus dicitur, qui solummodo ad defensionem vocatus est. *Bernard. Pap.* lib. III. tit. 33. E regula est defensoris hujus pura obligatio vel officium, sed alios omnes in hoc officio excludens fit privilegium et jus.

Aemilia — provincia Italica — subjecta olim archiepiscopo Ravennati — denique pertinebat ad patrimonium Petri *F. A. Scharpff*, die Entstehung des Kirchenstaats. Freiburg 1860.

Aequivocatio seu amphibologia *Ferraris* s. h. v. apud quem vide vocabulum „accusatus" a. Nr. 31—43. et

„juramentum“ art. 1. a. Nr. 13—26. et „restrictio mentalis“ — et „virtus“ a. Nr. 34 et 75. cfas. can. 5. C. XXV. qu. 4.

Aeromantia — species divinationis, quae originem ducit a Persis secundum *Augustinum*. c. 1. §. 1. C. XXVI. qu. 3. 4.

Aerugo est ros, qui cadit super teneras spicas et propter hoc sole oriente marcescit. Eruca est vermis, qui ibi nascitur. gl. ad c. 65. C. XVI. qu. 1.

Affecta officia v. reservata. *Bened.* XIV. d. s. d. (*ed. Mog.*) II. 323.

Affectio beneficiorum c. 14. extrav. comm. lib. II. tit. 3. beneficia quaecumque dispositioni ecclesiasticae reservata et per talem reservationem ita affecta sunt, ut illarum collatio non teneat, si per alium quam a Romano pontifice destinatum fuerit facta. (*Urbanus* V. *Gregorius* IX. *Bonifacius* VIII. *Paulus* II.)

Affectus sine effectu punitur i. e. sine corpore delicti. gl. ad c. 8. C. I. qu. 3. quare principia juris saecularis in hac re aliter se habent.

Afflictus i. e. census, reditus. Conc. Trid. ed. *Gallamarti* Index s. h. v.

Affidare: fidem suam alicui obstringere — virginem sibi despondere, *du Fresne*.

Affiliatio religiosorum, qui conventibus seu monasteriis aut provinciis diversis ab illis, in quibus professionem emiserunt, affiliantur *Ferrar*.

Africana ecclesia — v. *Hefele*, Freiburger Kirchenlexicon.

Agapa — agapae — sacra convivia ab apostolis instituta, ut singuli fideles panem ac vinum aliaque etiam ad ecclesiam conferrent, e quibus panis vinique parte consecrata, quod reliquum erat in commune illud convivium conferebatur dist. 42. c. 3. *Thomass.* index. *Devoti*, institt. tit. 17. §. 3. not. 1.

Agapetae — sorores adoptivae clericorum.

Agraria i. e. pensio, canon — pluralis — ab „agrarium“ *du Fresne*. c. 11. §. 4. dist. 88.

Aiacis — Esca — Olea apud *du Fresne*. Hic auctor pro

„esca" scribit a c r a. Vid. acra. Vernacula lingua est „Esch" *Adelung*, hinc descendit Eschprozession od. Oeschprozession. i. e. Flurprozession am Marcustag *Goffine*, Unterrichtsbuch im Index (Flur- und Oeschprozession). Neque de hac significatione juris e c c l e s i a s t i c i neque de voce ipsa „Esch" in sensu verborum Germanicae s u p e r i o r i s quidquam reperitur apud *Grimmium*, v. quoque *Freiburger Kirchenlexicon* v. Oeschprozession, Bittgang.

Alabastri fractio significat ecclesiam. gl. ad c. 53. de poenit. dist. 1.

Alba est t u n i c a linea talaris sacerdotum — ex lino albo confici debet. *Ferrar. ed. Casin.*

Albergaria i. e. e x a c t i o pro advocato vel patrono ecclesiae, cujus species sunt fodrum, regium, heribergium (*Herberg*) *du Fresne* s. v. heribergium.

Alecia: si alecia terrae se inclinaverint, i. e. si pisces i. e. alecia terrae se inclinaverint — quo tempore piscatio diebus festivis ex indulgentia *Alexandri* III. prohibita non est. *Gonzales Tellez* ad c. 3. X. de feriis. II. 9.

Alienatio rerum ecclesiasticarum, ejus solennitates, ejusque historia. gl. ad qu. 2. C. XII. (tunc quaeritur) gl. ad c. 50. 51. qu. 2. caus. XII. extrav. comm. lib. III. tit. II. „Ambitiosae" Clem. lib. III. tit. 4. *Devoti* de rebus ecclesiae non alienandis in Institt. jur. can.

Aliud est crimen n o t o r i u m, aliud est o c c u l t u m. N o t o r i u m est, de quo presbyter canonice condemnatur, o c c u l t u m, quod ab ecclesia toleratur, gl. ad c. 7. X. III. 2.

Alleluja — vocabulum in linguam latinam illatum ab Hieronymo ex ecclesia hierosolymitana. *Thomass.* I. 2. c. 77. Nr. 8. K y r i e e l e i s o n ex ecclesia graeca. (A l l e l u j a novus articulus in edit. *Casinensi.*)

Almucia — clericalis, *du Fresne* v. Almucium.

Altare privilegiatum pro indulgentia vivis et mortuis concessa. v. *Ferraris* et *Neher* altare privilegiatum. Ratisbonae 1861.

Amalechitae i. e. *Daemones* c. 3. dist. 36. c. 7. dist. 44. Corr. R. talamascae.

Ambo — locus in aedificio ecclesiae. cfas ecclesiae formam externam et internam. *Devoti* institt. tit. 7. de rebus sacris.

Amen v. Collecta et Catechismum Rom. s. v. Amen, inprimis in orat. dominica in signaculo (*Ferrar. ed. Casin.*)

Amortisatio (amortizer) *Ferr. ed. Cas.*

Amphilogia in juramento dupliciter illicito, vid. aequivocatio.

Anachoretae v. indicem *Thomass.* monachi in loca deserta decedentes.

Anagnosta i. e. lector.

Anathema mucro est episcopalis. gl. ad c. un. in VI⁰. V. 3. v. *Maranatha*, *Freiburger Kirchenlexicon* XII. S. 766. *Klotz* excom. *Noltenius* p. 184. 186.

Anfractus litigiorum gl. ad clem. I. lib. 3. tit. 7.

Angaria — albergaria glossa ad c. 13. X. 2. 26. c. 23. X. 3. 38.

Angelorum novem ordines c. 45. §. 1. dist. 2. de poenit. — Abbé *Rohrbacher* histoire universelle de l'église catholique — in initio.

Anima est spiritus, quo vivimus et sentimus et movemur. Ex doctrina Neotericorum non raro construuntur duae animae; sed solum una corpori quasi inest, a quo mortuo separatur.

Animae infirmitas est duplex: una dicitur ira, vel odium vel delectatio et haec est peccatum, alia est poena, qualis est oblivio ignorantia et quae ex hac fiunt: modo imputantur, modo non. Item infirmitas carnis duplex est, una est fomes peccati, scilicet originale peccatum: altera est poena peccati, ut febris et furor. gl. ad qu. 1. C. XV.

Annatae: v. c. 1. de treuga et pace in extrav. comm. *Thomass.* index. Videas quodvis compendium juris. Videas deportus — jus fructuum primi anni beneficii — apud Gallos regalia.

Anni Domini gl. ad clem. 1. lib. 1. tit. 1.

Anni computatio apud diversas nationes. *Ferraris*, s. v. annus. *Ideler*, Chronologie II volum.

Anniversarium — Anniversarius dies — anniversitas, dies annuus, quo officium defunctorum pro aliquo defuncto peragitur, ipso obitus die c. 7. dist. 44.

Anniversarium officium, quod fit quotidie pro defunctis, quod facere debent sacerdotes, ut animae defunctorum solvantur, inprimis eorum, quos constat in mortali peccato decessisse. gl. ad c. 11. X. 3. 41. *Moroni*, s. v. anniversarium.

Annulus canonicis conceditur. *Ferr.* ind. rit.

Annus sanctus in forma Jubilaei. *Clemens* VI. primus fuit, qui annum sanctum a centenario ad quinquagenarium annorum curriculum reduxit. *Sixtus* IV. ad vigesimum quintum. *Bened.* XIV. l. 13. c. 18. §. 9. *Ferraris. Moroni.*

Annus claustralis i. e. strictae residentiae. *Freiburger Lexicon.*

Annus deservitus (c. 19. dist. 61. c. 5. 35. X. III. 5).

Annus gratiae, annus carentiae. *Phillips* comp. §. 235.

Antependium, quo altare condecoratur. *Freiburger Lexicon.*

Antichristus c. 12. dist. 3. de consecr.

Antimensia. Sacerdotibus latini ritus in Russia-Polonica degentibus conceditur, ut deficientibus tabulis lapideis consecratis missam celebrent super antimensiis Ruthenorum unitorum: sunt antimensia lintei quidam episcopali benedictione consecrati, in quorum angulis sanctorum reliquiae reconditae sunt.

Antiphona. *Thomass.* Ind. Qualia olim et nunc appellantur aliud sunt nunc psalmi — aliud antiphonae. *Ferraris ed. Casinensis.*

Antiqua et diutina praestatio inducit obligationem in futurum. gl. ad *Clem.* un. II. 8.

Antiquitates juris canonici. Unum solummodò de hac re exstat opus literarium *Ponsii*, ad exemplum operis *Heineccii* de antiqu. juris Romani concepti. Ille vir doctus non solum jus ecclesiasticum tam hierarchicum quam liturgicum tractat, sed jus canonicum universum ex originibus suis explicat. Omnia, quae ad institutionem ecclesiae ipsam processumque juris canonici usque ad saeculum sextum proferenda erant, in hoc opere prae-

stantissimo exhibita sunt. Quum inter recentiores *Fesslerus* de processu illorum temporum accuratissime scripserit, non alia ipsi occurrunt exempla ex fontibus eruta, quam ea, quae *Ponsius* retulit, cujus librum autem *Fesslerus* neque respexit neque citavit.

Applicatio missae — reductio applicationis *Ferr. ed. Cas.* I. p. 1503.

Apocastasis i. e. restitutio in integrum.

Apocrisiarii sedis apostolicae c. 1. dist. 16. c. 4. X. I. 6. — inter eos nuncii, legati, qui a pontifice Romano ad Comitatum mittebantur, ubi res ecclesiae peragerent et de iis referrent, vel qui pallium metropolitanis afferrent. *Thomass.* Index.

Apologia — explicatur in glossis: ἀπὸ quod est res, λογὸς quod est sermo. apologia *Davidis* i. e. excusatio de adulteriis, quae *David* commisit cum *Bersalia*.

Apostata vid. Cod. *Theod.*, *Moroni* in quavis litera dictionarii ejusdem.

Apostoli: Apostoli erant aut episcopi aut quidam solummodo sacerdotes. gl. ad c. 2. dist. 47.

Apostoli et evangelistae sunt ejusdem qualitatis *Ferr.* ind. vit.

Apostolicus vicarius: quem instituit sedes apostolica sive cum metus est, ne diutius ecclesia pastore careat, sive cum turbas et dissidia in vicarii capitularis electione prospicit, sive cum episcopus suum opus recte gerere non potest. Sixtus V. in bullar. tom. 4. p. 4. p. 399.

Apostolorum constitutiones et canones. *Drey*, neue Untersuchungen über die Constitutionen und Kanones der Apostel. Tübingen 1832. *Bickell*, Geschichte des Kirchenrechts. Giessen 1843. *Hefele*, Conciliengeschichte in fine primi voluminis.

Apostolus i. e. liber epistolarum, vel lectionum imprimis *Apostoli Pauli* — in missa adhibitus.

Aqua benedicta, lustralis v. *Ferraris. Moroni.*

Aquamanile — Manile, aquae manile, aquiminale, aquiminarium — vas lavandis manibus aptum. v. *Facciolati* s. v. aquiminarium. c. 1. dist. 25. ubi et alia, quae ad

divinum officium in ecclesia pertinent, calices, usceolae, manutergium.

Arca — arca publica: arcarius, argentarius, saeccellarius. Annal. jur. pont. livr. 35.

Arcani disciplina (*Ferraris ed. Casin.*)

Archi — de variis significationibus, quibus proponitur archi, vid. *du Fresne* habet archidictus et alia, sed minime archiflamines. c. 2. dist. 80.

Archidiaconus. Archidiaconum archipresbytero majorem esse et minorem, majorem in iis, quae ad se, minorem in iis, quae ad archipresbyterum spectant. *Bernard. Pap.* in summa lib. 1. tit. 15—20.

Archidiaconus fuit olim oculus episcopi. In hunc locum succedit vicarius generalis, qualis fiebat medio illo tempore, quod inter Gregorianam et Bonifacianam collectionem cadit. Nulla de vicario generali in Decreto est mentio. *Thomass.* I. lib. 2. c. 17. v. Indicem.

Archimandrita — ἀρχὸς i. e. pater μάνδρα i. e. praelatus et quidem omnium abbatum, qui sub eo existunt. *Ferraris* s. h. v. inprimis videas additiones *Casinenses.*

Archium — archivum — archivium, ἀρχεῖον, tabularium, grammatophylacium v. *Paulus* S. R. IV. 6. §. 1. l. 92. pr. D. 32. 1. nov. 15. c. 5. *Dirksen*, manuale s. v. archium, in quo publice instrumenta deponuntur archio forte vel grammatophylacio l. 9. §. 6. D. 48. 19. *Merkel*, symbolae ling. et antiqu. Rom. Lipsiae 1856. III. c. 6. (Articulus novus *Casinensis* in op. *Ferraris.*)

Archivium juris canonici — ab archa dictum est, ubi reponuntur libri. quibus fit fides c. 13. X. 2. 26. gl. ad c. 1. C. XXX. qu. 1. Documenta ecclesiastica reponebantur in ecclesiis. *Zöpfl*, Alterthümer des deutschen Reichs und Rechts. I. S. 370 ff. Maximum tabularium in universo orbe est Romae in archivio P. S. Ibi sunt regesta Pontificum, et eorum epistolae ad principes et privatos — fons uberrimus omnis historiae v. Regestum. Registratura.

Arctatus ad beneficium receptum vel recipiendum. Conc. Trid. Sess. 7. de reform. c. 10.

Arma Clericorum sunt lacrymae et orationes. c. 2. 3. C. XXIII. qu. 8.

Aromatarii sunt pharmacopolae. *Ferr.* s. h. v.

Artes liberales sunt contrariae artificio, artificiolo i. e. si opere rurali victum quaerat clericus *Fontanini* p. 186. (freie Kunst und Handwerk.)

Articuli est pars intentionis, continens illud, quod actor vel reus probare intendit. gl. ad c. 1. in VI⁰. 1. 3. vide positiones.

Ascetae orandum est pro ipsis in celebratione missae jam primis temporibus. *Drey* ad constit. apost. p. 108.

Asceterium i. e. exercitium. *Moroni* s. h. v.

Asisteria — asisterium est locus apud Graecos, in quo unus sacerdos, quinque acolythi, quinque mulieres, quae asisteriae dicuntur, manent. gl. ad c. 30. C. XXVIII. qu. 1.

Ἄσκησις. Graeci vitam religiosorum, quos nos dicimus, proprie ἄσκησιν nominabant. Correctores **Romani** ad c. 2. dist. 30.

Aspersiones v. Adspersiones — sanctificatio, actus externus a Judaeis derivatus, c. 127. dist. 4. de consecr.

Aspersorium. *Moroni* s. h. v.

Aspersorium aqua benedicta. *Ferrar.*

Aspidis proprietas, quae aurem alteram inclinat in terram, alteram obscurat cauda, ut incantationem audire non possit. gl. ad. c. 2 in VI. II. 14.

Assassini — qui pro pecunia homines occidunt, est vocabulum derivatum ex nomine proprio linguae orientalis c. 1 in VI.⁰ V. 11.

Assissii — beneficiati, qui non sunt canonici qui servire debent ecclesiae nec vocantur ad omnia negotia cum canonicis, — dicuntur assissii, quasi assidui — in multis ecclesiis sunt complures, qui mansionarii appellantur. gl. ad c. 16. X. 3. 5.

Astrolabium — qui in eo videt, sortilegus est. *Astesanus* can. poenitent. §. 39.

Asylata i. e. insolubilia. *Hopperus* in tractatuum lib. 2.

Asylum: quo ecclesia quodammodo eos tuebatur, qui in

ejus sinum confugerant. Est immunitas l o c a l i s ecclesiae, cum illa dividitur in personalem, realem et localem. Causa 17. Decreti. *Thomass.* Index. *Rosshirt*, can. Recht S. 515.

Attentio est actus intellectus, per quem homo considerat ea, quae facit et differt ab intentione, quae est actus voluntatis circa finem. *Ferraris* s. h. v.

Auctoritas i. e. potestas summa ecclesiae de fide et operibus. Est in episcopatu ecclesiae (*Bolgeni*, l'episcopato), semper firma remanet, et adjuvatur subsidiis conciliorum oecumenicornm et pontificis S. constitutionibus (*Schulte,* systema jur. eccl. p. 347.)

Apud Protestantes Credenda et Agenda plerumque hominum scientiae tribuuntur et philosophiae humanae, de qua Damasus papa in ep. 8 verba facit: haec philosophia est sapientiae saeculari amica, inimica fidei, venenum quoddam spei, bellum gravissimum caritatis. (*Coustant* epp. Rom. Pont. p. 536.)

Auctoritatem Catholicorum respicere velis apud A u g u s t i n u m in can. 8. 9. 10. dist 11. *Devoti* jus can. univ. tom. II. praefatio p. 10.

Auditor tam judex quam consiliarius — non raro legationi adjectus: inprimis judex vel a papa vel in romana curia deputatus. clem. 3. I. 2.

Augustinus — doctor ecclesiae — philosophorum princeps; *Augustino* in disputationibus, *Hieronymo* in historiis, *Gregorio* in moralibus credendum est. glossa ad c. 6. dist. 10.

Aurigae — c o m i c i et s c e n i c i — appellantur quoque comati et viri cinerum. *Hefele*, Concil.-Geschichte I. p. 115.

Aurora pro missa v. *Ferraris*: Index rituum.

Aurora est sic dicta, quasi avium hora: indecens est, si radius solis in lecto dormientem inveniat.

Austria. Si hujus regni origines indagare velis, semper recurrendum est ad historiam ecclesiasticam. P r o v i n c i a e Illyrici occidentalis e c c l e s a s t i c a e ita, ut a *Carolo a S. Paulo* (ed. *Holstenii.* Amstelod. 1711. pag.

68 sq.) circumscriptae sunt, ordinem exhibent civitatum Austriae usque ad nostros dies.

Ave! avēre aveas. *Dirksen,* manuale s. avēre.

Avoyer i. e. patronus c. 2. in VI., de rebus eccles. non alien.

Auxilia pertinent ad oeconomiam salutis, libri de auxiliis prohibiti vel Papae censuris reservati. Bulla primi Augusti 1641. *Analecta Pontificia* I. p. 1223. cfas. lexica latin. class. e. g. auxilia adversae valetudinis. *Klotz,* Handwörterbuch. Heilsmittel. Vide const. *Pauli* V. (*Ritter,* Kirchengeschichte II. p. 307. Congregatio de auxiliis v. Congregatio.

Axiomatici — magistratus — magnates, lib. diurnus. p. 23. et *du Fresne.*

B.

Bacchetta est virga.

Baldachinus — cui concessus *Ferr.*

Ballivus: praepositus in terra Gallorum. gl. ad clem. 1. V. 8.

Banna: mulctae et emendae ob forisfactum seu delictum solvendae c. 13. X. de praescr. II. 26.

Banna, quae in ecclesiis secundum consuetudinem eduntur ante matrimonia celebranda, c. 6. X. qui matrim. accus. IV. 18.

Bannitus. *Ferraris.*

Baptismus sacramentum cum charactere indelebili — quo concupiscentia extinguitur non ut non sit, sed ut non obsit c. 2. dist. 4. de consecr.

Baptismus obligat etiam infantes. gl. ad c. 3. in VI⁰. V. 2.

Baptismus est janua omnium sacramentorum. gl. ad c. 3. dist. 77.

Baptismus est prima tabula — poenitentia est tabula secunda. gl. ad c. 49. C. XXXIII. qu. 3. de poenitent. dist. 1.

In ritu necessaria sunt: vascula olei — cum sale benedicto, vasculum ad aquam baptismi fundendam

supra caput baptizandi, pelvis seu bacile ad excipiendum aquam, gossipium seu bombacium ad abstergenda loca sacris oleis injuncta, stolae, vide. rituale Romanum. Catechism. Rom.

Baptisterium — sacramentorum liber, lectionarius, antiphonarius, computus, canon poenitentialis, psalterium, homiliae — haec omnia sacerdotibus necessaria sunt ad discendum. c. 5. dist. 38. baptisterium in specie *Ferrar. ed. Casin.*

Baptizare, baptismus, baptisma, baptista ex graecismo deducta. Cod. *Theod. Klotz* Lexicon.

Bases: — columnae ex petra durissima, gl. ad c. 17. in VI. I. 6. v. epistilium.

Basilia i/ e. domus ecclesiarum e. g. Constantiniana v. architecturam ecclesiasticam ejusque historiam.

Basilicae ecclesiae Christianorum, mesquitae Saracenorum, synagogae Judaeorum. *Zabazala.* gl. ad Clem. un. de Judaeis V. 2.

Basilicae in urbe Roma commendantur Cardinalibus praecipue Basilica Lateranensis, Vaticana, St. Mariae majoris: apud *Rigantium,* Index.

Beatificare: beatorum numero addere. *Apini* grammat. lexic. *Benedict.* XIV. de beatificatione. *Wiseman*, fünf neue Sterne am Himmel der Heiligen, ling. vern. a Reiching. Mainz 1860.

Beatificatio v. Canonisatio praecipue *Ferraris*, qui distinguit beatificationem et canonisationem in formalem et aequipollentem.

Begina: — femina, quae virginitate in perpetuum vota se dicavit Christo. *Voss.* vit. p. 185. *Freiburger Lexicon.*

Beguinae, beatae, Tertiariae, Bizochae. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 6. c. 3. §. 5.

Behemoth — ejus versutiae c. 2. dist. 3. gl. ad c. 45 de poenit. dist. 3.

Bellum an sit justum? Causa XXIII. Ragioni del bello, secondo i principii di San Tommaso (Roma tipografia della civiltà cattolica 1860). — bellum injustum. gl. ad c. 1. C. XXIII. qu. 2.

Benedictus XIV. ejusdemque constitutiones in indice biographico summorum Pontif. *Ferraris ed. Casin.* et *Moroni.*

Beneficia v. Provisio vel Collatio et Reg. 17. in VI. quod attinet ad indultum. Beneficia monucularia, curata. *Rigantius.*

Beneficium — Commenda — praestimonium. *Rosshirt,* can. Recht S. 414ff.

Beneficium manuale — est amovibile, opponitur perpetuo. *Rigant.* II. p. 20. nr. 7. vide regularia-manualia apud eundem.

Beneplacitum Apostolicum i. e. consensus pontif. summi seu episcopi. *Ferraris.* Est vel ordinarium vel per viam confirmationis vel per viam chirographi sive brevis.

Biblia sacra (vulgatae editionis) novissima (a Vercellone) Romae 1861.

Bifaciare — trifaciare v. Missa.

Bigamus dicitur aliquando vere, aliquando interpretative. gl. in c, 1. in VI. III. 3.

Bigamia vel successiva vel conjunctiva, altera in eo, qui prius habuit unam et postea aliam, altera qui simul habuit duas. *Bernard. Pap.* summ. ad lib. 1. tit. 13.

Birretum seu birretinum, berretinum aut pileolum in missa celebranda concedendum non est. Etiam episcopus vetatur missam velato capite celebrare. *Ferrar.* s. h. v. (additiones *Casinenses.*)

Birruarii v. *du Fresne* — apparitores *Ferraris* sub voce Hebraeus.

Birrus — vestis *du Fresne* vid. Birretum.

Bisochi — bizochi — sunt fratricelli *Freiburger Lexicon. du Fresne* v. bizogae.

Bissextus — qui duo quasi pro uno computantur, maximi momenti in diebus festivis quod attinet ad vigilias. gl. ad c. 14. X. V. 40.

Bissexti jus. Exactio ab episcopis fieri solita: ejus historiam refert *Thomassin.* III. lib. 2. c. 34. nr. 6. est quarta decimarum et oblationum *Bened.* XIV. d. s. d. (ed. Mog.) I. p. 353. *Thomass.* s. h. v.

Bissextus — dies bissextilis — in quarto quoque anno additus.

S e x t i l i a. Menses. Martius. Aprilis. Maius. Junius. Julius (Quintilis) Augustus (Sextilis) gl. ad Clem. un. III. 16.

Bizochae, beatae, beguinae, tertiariae. Prudenti certe consilio aliquid de eis decernitur apud *Bened.* XIV. de synod. dioec. lib. VI. c. 3. 5.

Blaphemare. *Noltenius* p. 192.

Boehmerus J. H. Ejusdem editiones juris canonici.

Bollandistae s c r i p t o r e s vitae sanctorum. Procedebant usque ad 24. Octobris.

Bonisculi — Bonusculi c. 5. dist. 87. Gelasio papae inprimis curae erant res viduarum et orphanorum. *V. Berardi* ad h. can. Is canon furtum bonisculorum ultra latrocinium esse judicavit, quod orphani, quos, cum ipsi nullis gauderent facultatibus i. e. b o n i s, ecclesia recepit, Clericis ut parentibus educandi relicti erant.

Bononia — dicitur quasi super omnia bona vel bonorum notitia nimis amabilis. Glossa exprimit, quod ordo iste non procedat ex ordine studiorum sed ex gratificatione provinciarum. gl. ad clem. 1, lib. 5. tit 1. Vid. civitas.

Bonorum p o s s e s s i o in jure Canonico locum non habet. In repertoriis nomen quidem occurrit, sed agitur de b. fidei possessione. gl. ad c. 1. in VI. II. 13.

Brephotrophium est locus, in quo infantes pauperum aluntur. Orphanotrophium est locus venerabilis, in quo pueri parentibns orbati pascuntur. gl. ad c. 23. C. XXIII. qu. 8.

Breviarium et missale R o m a n u m. Haec opera mutare non licet contra opinionem Dris *Drey*, in ejus libello, canon. apost. pag. 111.

Breviarium. Apud Romanos fuit codex complectens nomina et reditus annuos similiaque — b r e v i t e r — ut vult *Vossius* in etymol. linguae lat. Amstelod. 1676. c. XXXII. pag. 143. Probius et antiquius eo esse s u m m a r i u m, compendium precum anniversariarum — monet *Seneca* epist. XXXVIII. *Cicero* pro eo habet „epitome, compendium.“ *Borrich.* cogitatt. Hafniae 1687. Breviarii e c c l e s i a s t i c i historiam explicat *du Fresne*

s. v. breviarium. Variae sunt editiones ex Decreto sacrosancti Conc. Trid. breviarii *S. Pii* jussu editi, *Clementis* VIII. et *Urbani* VIII. auctoritate recogniti.

Breviarium ipsum eum in finem redactum est, ut clerici historiâ universae ecclesiae imbuantur. Continet illud celeberrima omnia historiae ecclesiasticae vestigia, Inprimis inest — vel insunt:

a). Calendarium, (v. *Festa*)

b) oratio ante inchoationem divini officii,

c) oratio post officium,

d) absolutiones et benedictiones dicendae ante lectiones in officio novem et trium lectionum, in festis duplicibus et semiduplicibus novem — in aliis tres. c. 15. dist. 5. de consecr.

e) psalterium,

f) proprium sanctorum,

g) commune sanctorum, apostolorum, evangelistarum, tempore paschali, martyris tempore paschali, plurimorum martyrum, confessoris pontificis, doctorum, confessoris non pontificis, virginum, non virginum, dedicationis ecclesiae, officium defunctorum, psalmi graduales, septem psalmi poenitentiales.

Brevis pro libello brevi. Neutrum „breve" substantive ponitur; *Noltenius* p. 193. etym. prior.

Bugia s. candela, v. *Ferraris*: index rituum.

Bullae. Breves. V. quodv. comp. jur. Brevis pro libello brevi, brivigerulus, breviculum, breve dicere vel facere latine est non longum esse in oratione, paucis dicere. *Noltenius* sub brevis et breve. Literis in forma „brevis" et sub plumbo Pontifices ante coronationem semper utuntur. *Rigantius* II. p. 204. nr. 8. *Ferr. ed. Casinensis.*

Bullae apostolicae c. 5. X. 5. 20. In hac Decretali distinguit papa septem species falsitatis, ex quibus literae apostolicae cognosci possunt. Cfas. c. 1. X. de fide instr. II. 22. et *Ponsio* ad h. t. in ejus antiquitt.

Bullae cruciatae — sunt brevia pontificum, quae nunc continent multas gratias Christi fidelibus concessas. *Ferr.* s. h. v.

Bullam, quam vocant **mare magnum** aliave privilegia, Regularibus concessa eis non praebuisse potestatem absolvendi in casibus ab episcopo reservatis statuit *Bened.* XIV. d. s. d. lib. V. c. V. nr. 6.

Bunnuaria — limites agrorum. *Hincmar.* in capit. synodal. c. 2.

Burtum dicitur, cum res est exusta, rogus, cum comburitur, pyra est congeries lignorum ad comburendum. gl. ad c. 31. C. XXIII. qu. 8.

Butones, joculatores, goliardi. c. un. in VI. III. 1.

C.

Caesaries ficta in missa non permissa. *Ferraris*, Indice rituum.

Calendarium. Omnia fere, quae hujus rei ex doctrinis moribusque Romanorum cognoscimus, nostris temporibus obsoleta sunt. Respicere velis computationem anni sub. *C. J. Caesare, Constantino* M. apud *Rudorffium* hist. jur. p. 61: videas etiam alia opera recentiora, *Mommsen*, römische Chronologie ed. sec. 1859. *Hartmann*, ordo judiciorum 1859. ac *Mommsenii* et *Hartmanni* controversias. Solummodo quaedam vocabula technica in usu remansere. Ea, quae ad dies fastos, nefastos, religiosos spectare videntur, fontibus juris Romani relinquenda sunt.

Contra dies festivi religionis christianae ex Calendario nostro sumuntur, et adhibetur circulus triplex — nativitatis Christi, paschae et pentecostes. Calendarius ipse nunc confectus est ex institutione Aloisii *Lilii* et ex confirmatione *Gregorii* P. S. XIII.

Singuli autem dies sacrati sunt et cognominati ex momento depositionis episcoporum Romanorum et martyrum. Angel. *Mai* Scriptor. veter. nova collectio tom. V. p. 54.

Primus titulus in breviario continet Calendarium Romanum.

Calendarium liturgicum dividitur in calendarium missarum, breviarii et scholasticum.

Calendarium universale et particulare singulorum ordinum religiosorum. *Ferr.* ind. rituum nr. 524. Calend. scholarum, de quo verba fecimus in hujus operis parte secnuda.

Calvarius — seu Golgatha — cranium significare fertur ex communi opinione: illi monti nomen inditum esse dicunt, quod eo in loco Adamus sepultus traditur. *Ferr.* s. h v.

Cambium: non solum a mercatoribus in jure civili sed etiam in jure canonico adhibitum. c. 6. X. de except. II. 25.

Camera pontificia. Recentissimus hujus rei scriptor est *Bangen* sed et cfas alios scriptores, e. g. *Pecorelli* in instt. Camera apostolica tanquam tribunal in causis clericorum non potest cognoscere in prima instantia, quae episcopis tanquam ordinariis competit, vero in appellationis processu. Camerarius non solum judex est sed ille quoque disponit de thesauro ecclesiae. Non gaudet hic jurisdictione delegata, sed propria. gl. ad clem. 2. I. 3.

Camera apostolica et secreta: Camerlengo, camerieri apud *Moroni* s. h. v.

Campana — tintinnabulum aereum, quo Occidentales utuntur ad populum in ecclesiam convocandum, ideo campanum, genus aeris, ex Campania derivatur. Sunt vero etiam derivationes aliae.

Campana — bannalis, *Ferr.* II. 12 (*Casinensis.*)

Campanile, in quo sunt campanae.

Cancellaria. Cancellarius. Cancellaria vox barbara. Cancellarii olim dicti sunt, qui ad cancellos forenses seu judicum stabant. Cancellarius ecclesiae Romanae fuit jam sub *Innocentio* III: sub *Bonificio* VIII. haec dignitas tributa est Cardinalibus; cancellarius est organum mentis et vocis papae: quare hodie appellatur vicecancellarius, quod dignitati Cardinalitiae hoc munus parum congruit. Sed forsan melius historia Vicecancellarii explicata est a

Rigantio ad reg. 72. Cancellariae apostolicae Regens ibi quoque explicitus est: Vid. eodem loco „Cardinalis Vicecancellarius“ in indice: denique *Ferraris* (ed. *Casin.*)

Cancellariae regulae, a) earum historia ante *Joannem* XXII. et Concilium Constantiense, post *Joannem* XXII. usque ad *Pium* IX. b) quod attinet ad concordata: art. 71. c) scriptores — praecipue *Rigantius*, qui non solum accuratissime naturam singularum regularum explicuit, sed de principiis juris canonici eorumque applicatione ubique agit. d) pars dogmatica: sunt propria pontificis jura, quae in hoc edicto circumscribuntur. Eadem ipsis vis est, quae praetoris Romani edicto.

Candelabra — a candela — lucerna olearia: accensa candelabra.

Candelabrum i. e. cathedra vel sedes vel dignitas. gl. ad c. 40 de poenit. dist. 2. ex ed. Venet. 1615. p. 1625.

Candidus, et Silvester — appellantur servi originarii, originales, qui ex mancipiis fundo addictis nati et ratione originis pars glebae erant. Edictum *Theodorici* c. 142. Opponebantur sine dubio servis noviter acquisitis. c. 11. 12. 21. dist. 54.

Canon

a) canones ecclesiae scita nominantur. Ab origine tantummodo verbum traditum canone comprehendebatur, nam quae Apostoli a Christi ore acceperant, eadem illi gentibus ore tradidere. Evangelia sunt testimonia ecclesiae simul cum verbo tradito: traditio enim ex ore Christi orta conservata est per apostolos et ecclesiam; inde traditio dividitur: a) in divinam b) apostolicam, c) ecclesiasticam. Traditio est causa efficiens auctoritatis intrinsecae sacrarum literarum et quidem tanquam ecclesiastica post quartum saeculum divulgata. Sed non omnes literas sacras, quae inde divulgarentur, esse canonicas reperies. Ex qua causa complexus sacrarum literarum, quae ab ecclesia disquisitione habitâ approbatae sunt — appellatur canon.

Tertull. praescr. XXXVII. *Euseb.* hist. III. 24. *Hiero-*

nymus, *Augustinus*, posterior in variis operibus — et de civit. Dei 23. nr. 4. *Klee*, libri dogm. I. p. 270 sq. histor. dogm. p. 105.

b) canon tanquam regula et lex in republica Christiana recepta est, indeque fit theologia externa, cum canon ad a. theologiam internam spectet. c. 1. dist. 3. c. 8. dist. 9. c. 1. dist. 38. et dist. 56. Hi canones non sunt nisi conclusiones elicitae ex evangelio et aliis libris canonicis, de quibus dixit Christus, qui vos audit, me audit, Luc. 5. v. *Pecorelli* institt. I. p. 5. et Gersonem ab hoc citatum.

c) in missarum celebratione reperitur post ordinem missae canon missae a praefatione incipiens i. e. a contestatione, uti *Mone* refert „die altgallische Liturgie p. 5.“

Canon — inde derivatur canonicus, sed haec significatio canonis non derivata est ab illo canone vel regula, neque a regula religiosorum vel monachorum, sed a catalogo i. e. canone ecclesiae. *Devoti,* institt. de capitul. §. 55. *Bouix,* de regularib. p. 12. Regulares quidem posteriore tempore canonici dicebantur.

Canon etiam est recognitio quaedam e. g. emphyteutae.

Canonia i. e. collegium canonicorum: canonia quoque appellatur praebenda, vid. praebenda.

Canonicae in oriente dicebantur piae quaedam feminae, quae fidelium sepulturae operam dabant et in exequiis canentes cum acolythis psalmos, sarcophagum praecedebant. Canonicae enim dicebantur a canone seu matricula distributionum ecclesiae, quibus donabantur. *Thomass.* I. lib. 3. c. 51. nr. 6. 7.

Canonicae in occidente: sunt virgines et viduae continentiam professae vel in communem vitae societatem colligendae vel in domo paterna et priva manentes (canonicae saeculares). *Thomass.* I. lib. 3 in variis capit.

Canonicata lex. *Glück*, praecogn. jur. can. p. 11.

Canonici — Capitulares — Potestas capituli cathedralis vacua sede episcopali sese exserit, nam ad capitulum transfertur omnis episcopi jurisdictio. Vicarius

capituli. Sed non omnis dioecesis habet capitulum, cum sede vacante metropolitanus vel proximior episcopus intercedat. *Bouix*, de capitulis Parisiis 1852.

Canonici novitii seu Domicellares — dominuli canonici. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 11. c. 13. §. 4.

Canonicum jus: conferatur cum jure justinianeo et cum originibus juris germanici; referatur singularis ejus natura.

a) inprimis occurrit distinctio inter jus divinum et humanum.

c. 1. dist. 8. hic exstat philosophia medii aevi ante rem scholasticam. Gratianus verba facit de Platone et jure naturali gentium ex philosophia platonica: *Augustinus* de potestate Dei et de juribus hominibus concessis itaque de jure divino et humano.

b) Clerici vixerunt lege Romana: ituque systema juris Romani et res technicae ex orthographia, prosodia et etymologia linguae latinae conservatae sunt.

c) Quaecumque vero ex jure germanico inprimis ex jure Longobardico descendunt, remanserunt ex lingua barbarorum.

d) Juris complexus in jure Canonico ita se habet: jus personarum e. g. matrimoniale ex jure divino et christiano desumtum est. Jus obligationum ex jure Romano, sed omnis solennitas juris Romani sublata est. Jus rerum et hereditarium mixtam naturam habet, in jure rerum distinguuntur res fundi et mobiles, in jure hereditario fideicommissa praevalent, ita quidem ut vel ea recepta sint, quae in favorem personae honoratae constitutae sunt, denique pendet plurimum ab arbitrio tertii i. e. executore testamenti . . .

Jus Canonicum ipsum nullo modo cognoscendum et docendum est absque studio exactissimo juris Romani.

Minus accurate hanc rem tractant *Additiones Casinenses*. s. v. jus, justitia.

Canonisatio i. e. beatificatio. *Devoti*, institt. (ed. Gand. I. p. 161). *Benedictus* XIV. de servorum Dei beatificatione

et beatorum canonizatione lib. III. Vel certo die quovis anno celebrantur, vel singulis dioecesibus vel locis. *Bollandistae*: Lioba per dioecesim Fuldensem et in oppido Tauberbischofsheim, ubi erat abbatissa.

Cantorum ordo. Sanxit illum *S. Gregorius* in Synodo Romana — ne presbyteri diaconive in ecclesia canerent, sed subdiaconi tantum, minoresque ordines ac pueri. Lib. diurn. p. 135. ed. *Garnerius*, et *Ferrar.* ex edit. *Barbielliniana.*

Cantus. Mos orientalis erat, ut hymni et psalmi alternatim canerentur. Cantus est vel d i r e c t u s, cum totus simul chorus communiter canit non alternatim sed uno veluti ore unoque concentu: a n t i p h o n u s. cum in binas classes canentium chorus dispertitus alternis canit, r e s p o n s o r i u s, cum unus cantor praecinit, totusque chorus illi respondendo succinit, t r a c t u s tandem, quem unus solus ex primaeva institutoris officiorum mente canere debet, nullo succinente vel respondente, licet nunc tractus alternantibus choris perperam decantari soleat. *Martenius* de antiqu. ritibus et discipl. *Ferr. ed. Cas.*

Capella pro sacello — capellanus pro „a sacello“ *Voss.* de vit. p. 138. 143.

Capella et Capellania saepe pro eodem accipiuntur, sed capella est locus privatus in ecclesia, plerumque modica ecclesia, capellania vero est officium ecclesiasticum in triplici differentia — mercenaria, collativa, gentilitia seu juris patronatus, v. *Ferraris.* — capellanus distinguitur ita, ut sit vel in communi vel militum et castrensis vel monialium.

Capella distinguitur a sacello et ab oratorio. Sacella dicuntur loca dîs sacrata sine tecto. *Klotz*, s. h. v. *Festus.* Capella non est benedicta, in qua non celebratur officium, quare non est oratorium. Oratorium autem est capella benedicta, est vel publicum vel privatum. Primum conceditur ab episcopo — alterum solummodo a *Pontifice summo.* De varia Capellarum significatione et origine tractat *du Fresne* s. v. capella. et quoque *Moroni.*

Capilli i. e. tonsura. Capillos et barbam nutrire poenitentium fuisse observat *Rabanus* lib. 2. c. 29. de institt. clericor. —: habet forsan aliquid momenti nostris temporibus. Videatur *Brancati* epitome canonum omnium s. v. coma, tonsura sed et barba: in concilio Carthag. 4. c. 44 prohibetur Clericis, ne barbam nutriant.

Capitula tria. In concilio oecumenico quinto damnata sunt tria capitula i. e. 1. scripta *Theodori Mopsvesteni* ac 2. *Theodoreti* adversus *S. Cyrillum*, et 3. epistola *Ibae Edesseni* ad *Marim Persam*, de quibus magna animorum contentione quaerebatur, num in iis Nestorii errores continerentur.

Capitulares a capitulo. Dabatur et datur capitulum cathedrale, rurale, regularium.

Capituli vicarius. A capitulo cathedrali eligitur, sed si intra octo dies post obitum episcopi non eligitur, transfertur nominatio ad metropolitam vel ad antiquiorem aut propinquiorem episcopum. *Devoti*, de capitul. §. 62.

Capitulum i. e. senatus episcopi. *Bouix* de capitul.

Cappa, floccus, cuculla — forsan Capa clem. I. III. 10. Cappa magna. *Annal. pontif.* livr. 8. p. 1432.

Cappa est antiquior habitus choralis ac proprius canonicorum. Nobilior habitus cappae (magna cappa) est cappa cum rochetto. Non desunt exempla, hujusmodi insignia concessa fuisse inferioribus Clericis. *Ferrar.* artic. noviss. inprimis videas *Moroni*, quod attinet ad cappam pontificis summi et Cardinalium.

Capsa i. e. Ciborium. *Hefele,* Conciliengesch. II. p. 277.

Cardinales erant a) episcopi suburbicarii, b) alii episcopi, quibus non erat commendata ecclesia. Alii episcopi obligati erant, episcopatum commendare, donec concilio Tridentino statutum est, ut is, qui cardinalitia dignitate augetur, priorem episcopatum retineat.

Cardinales legati a latere, v. *Rigantius.* Incardinatio episcoporum *Phillips* jus can. tom. V. §. 225.

Cardinalis a cardine, quia sicut in cardine regitur ostium,

ita per cardinales debet in ecclesia regi officium. gl. ad c. 2. X. I. 24.

Cardinalis sensu proprio. Olim quilibet episcopus et quilibet presbyter vel diaconus, qui non ad tempus sed perpetuus et titularis constituebatur — fiebat cardinalis i. e. titularis. Posteriori tempore ambiebant episcopi gradum et dignitatem presbyterorum et diaconorum ecclesiae Romanae cardinalium, quia penes eos erat electio Pontificis summi. *Thomassin.* s. v. Cardinalis.

Carena i. e. poena in pane et aqua c. 8. X. V. 1.

Carentia *Noltenius* lex. antibarb. Venet. 1453. p. 198.

Carina, jejunium 40 dierum ante paschatem.

Caritativum: *Devoti* institt. de censibus §. 4. vid. cathedraticum §. 3, et s. v. cathetrad.

Carmelitae: ordo religiosus — eorum origines *Thomass.* in indice.

Carnalis copula — probari potest per violentam praesumtionem c. 11. 12. X. II. 23. praesumtiones jure canonico non probant neque violentae exceptis quibusdam casibus.

Carnevale — carnisprivium, quo vocabulo non raro utuntur mediae aetatis scriptores, ut designent tempus bachanalium, quoniam tunc Christiani carnibus privabantur.

Carniprivium, tempus, quo carnibus privari et ab iis abstinere incipiunt fideles. *du Fresne.*

Carnisprivium — unde laicus in carnisprivio in festo resurrectionis presbyter esse posset. gl. ad clem. 3. I. 8.

Carolinus Codex editus est a *Cennio*, novissima editio Mignei opp. t. 98.; quod vero attinet ad ipsius fata et MS. — respicere velis Analecta juris pontificii o n z i è m e livraison.

Carpinalis adversae partis *Bern. Pap.* V. 7. §. 6. — i. e. minister adversae partis a, c a r p u s" i. e. καρπὸς, junctura manus cum brachio.

Carruca — aratrum. *du Fresne. Böhmerus* in not. 41. ad c. 8. X. I. 36. inde carrucatae terrae.

Cartularius ecclesiae Romanae. *Analecta* jur. pontific. livr. 35.

Castaldia — Gastaldia — Gastaldiae tributum, quod Gastaldis praestatur — praestatur census. *du Fresne.* castaldum emere peccatum est, gl. ad c. 7. C. I. qu. 1. Gastaldus — Castaldus, qui habet curam externarum rerum, qui dicitur alias Majordomus. gl. ad c. 8. C. I. qu. 3. (ed. *Venet.* p. 540.)

Casula vel aliquis ornatus ecclesiae — non debet fieri ex veste alicujus dominae vel domicellae (Fräulein). gl. ad c. 43. de consecr. dist. 1.

Casus reservati Jurisdictioni pontificis et episcoporum: tam fori externi quam interni. Pontifex reservat beneficia et absolutiones. Utitur operâ, mox curiae mox poenitentiarii.

Casus papae reservati. Potest romanus pontifex ex concilio Tridentino pro suprema auctoritate ei tradita in universa ecclesia casus sibi reservare, *Thomass.* I. lib. 2. c. 13. nr. 8. sed in quibusdam regnis vel regionibus quoque remittere.

Cataclysmus est diluvium. gl. ad c. 10. C. XXXI. qu. 2.

Catechizo. *Tertullianus. Augustinus.* Prima coelestis doctrinae rudimenta docere.

Cathechesis. Hoc primum fuit munus episcoporum, deinde communiter diaconis traditum, quamvis aliquando etiam laicis. *Thom.* II. lib. 1. c. 92. nr. 12. 13. 14. Reservatum semper erat magisterium i. e. decisio Papae. Eruditionis officium reservatum presbytero et diacono, sed ex auctoritate ecclesiae concessum quoque laicis, adeoque ipsis feminis, sed docere in ecclesia mulieribus non licet, nec laicis, praesentibus clericis. Videas praedicare.

Cathechismus Romanus, i. e. apparatus ad Cathechismum, incipit praefatione, deinde dividitur in quatuor partes 1. de duodecim symboli articulis 2. de sacramentis 3. de Dei praeceptis in decalogo contentis 4. de oratione. Tum cathechesis in singulas anni dominicas distributa et evangeliis accommodata.

Cathechumenus — Catechumenus auditor, candidatus christianae religionis. *Dirksen.*

Cathedra Petri. Allocutiones ex cathedra Petri sunt scita ecclesiae.

Cathedraticum vel ab episcopo, consensu accedente fundatoris ecclesiae consecratae, tanquam census constitutus, vel tanquam tributum quoddam ordinarium ab ecclesiis singulis quotannis in signum subjectionis vel in honorem cathedrae episcopalis solvendum — opponitur tributo extraordinario, quod caritativum vel procuratio nuncupatur. *Devoti,* Instit. ed. *Gand.* p. 695. Non raro appellatur synodaticum, quia in synodo, concurrente clero, ordinatur. Inde laicis eorumque bonis onus quoddam ab ecclesia non potest imponi: ecclesia enim non videtur esse societas aequalis, sed respublica sancta, quae pietate et libertate, neque oneribus et servitutibus impositis gubernat.

Denique cathedraticum quoque appellatur quadraticum, *du Fresne ed. Henschel* vol. V. p. 533.

Caudatarius — Cardinalium. *Moroni*, s. h. v. brevis instructio articulorum undecim. *Annal.* jur. pontific. douzième livraison.

Causa derivatur a casu c. 10. X. de V. S. lib, V, tit. 40. casus et causa, vernacule ein Rechtsfall. Secunda pars Decreti dividitur in causas. c. 10. cit.

Causae majores sunt causae reservatae pontifici maximo, et in foro interno etiam episcopis. Sed sunt de hac re etiam aliae notiones, omne quod majoris momenti est in hierarchia jurisdictionis et ordinis, est causa major. *Rupprecht* notae histor. t. II. p. 81. de episcoporum translatione.

Causae synodales. *Regino* de causis synodalibus. *Bened.* XIV. de synodo dioecesana.

Cautio et promissio episcopi. Videas Indiculum episcopi Bonifacii Moguntinensis. Indiculum episcopi de Longobardia. Synodale, quod accipit episcopus. Formata. Synodale, ut episcopus alterius civitatis in alia ecclesia possit incardinari. Lib. diurn. p. 58—76.

Cella. cellula. Fratres degentes in cella non possunt excommunicari vel suspendi vel interdici nisi a papa vel ejus legato. c. 4. X. de V. S. V. 12. Cellulas diversas aut plura monasteria habere abbati non licet. c. 3. C. XX. qu. 4.

Censura — correctio, punitio. v. *Ferr.*

Census impositus c. 5. 13. 23. X. de cens. III. 39. v. cathedraticum, tributum.

Census realis (Rentenkauf) licitus est et immunis ab usura, nam venditur et emitur jus percipiendi partem fructuum ex alieno fundo: quae fructuum portio est pensio singulis annis solvenda. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 7. c. 48. §. 54.

Cephas dicitur caput. gl. ad c. 1. extrav. comm. lib. 5. de poenit.

Cereus paschalis — num benedicatur quasi utensile ecclesiae? *Thomass.* s. h. v.

Certus: In qui certus est, certiorari ulterius non potest, reg. 31. in VI.°

Cessante necessitate debet cessare dispensatio. v. dispensatio.

Aliud enim est, quod legitime et de jure fit, aliud dispensatio: nam non possumus dicere „cessante ratione legis cessat lex ipsa" gl. ad c. 7. C. I. qu. 7.

Cessatio a divinis non habet vim interdicti. gl. ad c. 1. in VI.° I. 16.

Character baptismi ab haereticis collati probatur ecclesiae. c. 12. dist. 4.

Charitas v. *Fides.*

Charitativum est exactio episcoporum.

Chartophilacium i. e. Archivum. c. 1. X. de prob. II. 19. *du Fresne.*

Chartophilax — Cancellarius. *Freiburger Lexicon.*

Chirotecae, quibus episcopi in sacris liturgiis ac ceremoniis utuntur, quarum etiam usum Abbatibus interdum concessere summi pontifices. De antiquitate chirothecarum erudite disputat *Bona* rei liturg. lib. 1. c. 24. §. 12. et *Robertus Sala* in notis ad eund.

Choraliter legere — ita, ut populus intelligere possit omne verbum sacerdotis canentis. *Freiburger Lexicon* sub voce „Musik“ VII. p. 397.

Chorea (cf. gl. ad. clem. 1. de celebr. missar.). Chorea dicitur a choro: chorizantes enim in suis ludicris, cantilenis et saltibus quodammodo tenent chorum et de his forte loquitur Psalmus 11.; — has evitare debent Moniales.

Cf. choreae publicae rotundae. Cicero orbis saltatorum ap. Schor phras. ad voc. orbis. *Noltenius* lexic. antibarb. sub rotunda. *Ferraris* choreae — quamvis ex sua natura sint licitae, vix tamen permitti possunt. *Bened.* XIV. Institt. eccles. 76. §. V. VII. VIII, cum plerumque sint peccandi occasio, et de syn. dioec. lib. XI. c. III. lib. XI. c. X. nr. 11. Alphons a *Ligorio*, theol. moral. (Bononiae 1763) in append. p. X.

Chorepiscopi — quasi τῆς χώρας h. e. ruris episcopi fuerunt ipsi presbyteri, neque habuere successionem apostolicam episcoporum, *Devoti* Institt. (ed. *Gand.* §. 49. p. 197. not. 1.) poterant dare literas pacificas, quae erant ex genere formatarum (v. formatae), clericis ruralibus in aliam dioecesim abeuntibus minores ordines conferebant, sed ex temporibus *Leonis* III. non amplius exstant.

Episcopi in partibus infidelium revera sunt episcopi.

Choreutae aliique haeretici, *Bened.* XIV. d. s. dioec. lib. XI. c. V.

Chrisma salutis in benedictione praecipue confirmationis adhibetur, v. sacramentum chrismatis.

Christianismus — amplectitur omnem vitam et cunctos mores illorum, qui Christiani vel sunt vel esse contendunt, ita, ut ipsi Indaei doctrinae christianae quasi addicti sint, uti ille est fundamentum nostrae culturae. Neque a Voltaerio neque a nostris civilisationis doctoribus neque ab aliis id effectum est, ut per eos Christianitas damnum caperet.

Jesus Christus — Jesu hebraice dicitur, latine salvator. Christus graece, latine dicitur unctus: Chri-

stiani a Christo de sacra unctione. gl. ad c. 2 in VI⁰. III. 23.

Chursasaton. Rex Syriae et Mesopotamiae, cui serviit Israel. gl. ad can. 69. de poenit. dist. 1. hic est diabolus.

Ciborium, hoc est umbraculum altius eductum, quo universa sacra mensa tegebatur. *Martenius* de antiqu. eccles. rit. lib. 2. c. 19. v. capsa.

Cilicium erat vestis aspera ex pilis animalium contexta, quae totum corpus tegebat: *Ambros.* de lapsis virg. c. 8. nr. 35. in opp. Venetiis 1751. tom. 3. p. 342, *Böhmer* in adnot. ad c. 63. dist. 50.

Ciminile — Ciminilia apud *du Fresne. Böhmer* in adn. ad c. 29. V. 40. et ad c. 3. I. 23.

Cinerum viri v. aurigae, item Cinerarius, comatus.

Circata — census synodalis. *du Fresne. Bened.* XIV. de s. dioec. lib. V. c. VI.

Circumcisio — quod apud nos baptismus, hoc erat ex Abrahae stirpe circumcisio, maxime quod pertinet ad originale peccatum, c. 6. dist. 4. d. consecr.

Circumscriptio episcopatuum est causa major.

Civilitas triplici modo acquiritur, per nativitatem (naturalis), de jure (domiciliaria), per privilegium (privilegiata). *Ferraris.*

Civitas descendit ex ordine provinciarum, non ex ordine studiorum, quia Romana curia praecessit Bononiensi, cum Roma postea studium haberet a tempore *Innocentii* IV. gl. ad clem. 1. V. 16.

Civilis pro modesto seu bene morato: — veteribus, in quo est prudentia politica. *Noltenius.* inde derivata est civiltà cattolica.

Clausulae apostolicae — apud *Ferraris* explicitae sunt.

Clausura — barbarum, dic „inclusio.“ *Noltenius.*

Clerus Clericus. Clerus a κλῆρος — latine sors, hereditas Dei. Clerici sunt, qui divino cultui et ecclesiae ministerio ab episcopo in eorum ordinatione seu consecratione addicti sunt. Ex iis constat hierarchia, quae composita est ex episcopis, presbyteris et ministris, —

quaeque divina lege instituta est. Eorum jura, officia, vita et honestas, vestis et tonsura. Clerici conjugati. Coelibatus ordinibus sacris annexus, utrum ex lege an ex voto. *Devoti* institt. ed. *Gand.* p. 136. Orientalis et Occidentalis ecclesiae disciplina, Clericorum de gradu dejectio et ad laicam vel peregrinam communionem redactio. (v. communio). Vid. hicrarchia.

Clinicus, qui christianae fidei addictus confessionem et baptismum usque ad altiora tempora suspendit. *Thomass.* s. v. clinicus. Si clinicus erat cathechumenus, et morte correptus solummodo aquâ baptismali sublevatus erat. Conc. Neocaesar. c. 12. — Baptismus **clinicorum.** Conc. Laodic. c. 47. De baptismo pro defunctis.

Coadjutor episcopi, modo cum successione modo sine successione. Sunt revera episcopi, sed in partibus infidelium. Jam in Decreto Gratiani constitutum est, ne vivente episcopo alius superponi aut superordinari possit, uti etiam in concilio apud Averniam celebrato c. 13. 14. C. VII. qu. 1. cf. c. 11. 18. eod. c. 3. X. de clerico aegrot. Coadjutor detur propter suspicionem dilapidationis vel propter infirmitatem vel senectutem episcopi gl.ad c. 37. X. I. 29. gl. ad c. un. in VI⁰. III. 5. Mos erat, neque coadjutorem neque vicarium generalem ex clericis dioecesanis eligere, uti in civitatibus Italiae etiam rectores saeculares ex peregrinis recepti sunt. *Moy*, ephemer. tom. IV. p. 427. Nostris temporibus tantummodo in Germania dantur coadjutores cum spe succedendi *Bianchi* della polit. tom. V. p. 512. *Fagnanus* ad 2. X. III. 8.

Codicillus — juris canonici quasi testamentum est, ejusque executor ita instituitur, ut voluntas testantis in illius arbitrio reposita sit, c. 13. X. testam. III. 26. Substitutiones conservandae sunt vel tanquam fideicommissariae, vel directae, et pro directis praesumendum est c. 1. in VI⁰. III. 11.

Coelibatus, ejus historia ap. *Thomassin.* I. lib. 2. c. 60—66 Is observat, Christum fuisse institutorem coelibatus et sunt jam latae leges ab apostolis: — denique

ab ecclesia ipsa jam ante Siricii decretalem: c. 60. nr. 3. 4. 5. 12. 16. De coelibatu apud Gracos ibidem. De coelibatu inprimis *Phillips* in comp. pag. 134. „Dass der Cölibat zur Unsittlichkeit führe, wäre ein Grund, welcher voraussetzt, dass die Ehe sicher davor bewahre, wofür das gerade Gegentheil der Erfahrung spricht.“

Coelitus — veteres ignorant (de coelo, divinitus), usurparunt viri ecclesiastici. *Noltenius.*

In **coena** Domini. Magn. Bullar. Luxemburg. tom. X. p. 125.

Coenobitae. Monachorum alii singuli vixere, ut eremitae: alii gregatim, ut coenobitae, *Voss.* de vit. p. 404. *Dirksen*: nulli clericorum, vel monachorum eorum etiam, quos coenobitas vocant. Cod. *Theod.* l. 16. pr. de poen. IX. 40.

Coetus antelucani — vigiliae et horae nocturnae. *Devoti*, institt. de divino officio §. 3.

Cognatio spiritualis — post susceptum de fonte filium vel filiam spiritualem, qui ex compatre vel commatre nati fuerint, hi cognati matrimonio conjungi non possunt, quia leges seculi non emancipatos adoptivis prohibent copulari. c. 5. C. XXX. qu. 2.

Aliter de hac re Conc. Trident. Sess. 24. de reform. matr. c. 2.

Videas commater, compater in aliis significationibus

a) Quia commatres monachis sibi facere vetitum, c. 20. c. XVIII. qu. 2.

b) Quia, si quis est compater, ejus uxor est commater et vice versa c. 3. C. XXX. qu. 4.

Collatio beneficiorum *Thomassin.* et quodvis compend. jur. canonici, v. Provisio.

Collatio i. e. exigua coenula. *Devoti* de jejun. §. 7.

Collatiuncula v. verbum jejunium — est parva serotina collatiuncula in sublevamen corporalis infirmitatis. *Ferrar.*

Collectio Collecta. i. e. oratio per presbyterum cum laicis oblata. Laici respondent: Amen vid. missa.

Collobium v. Dalmatica.

Colobium vestis monachorum, episcoporum, Regum. v. *du*

Fresne. tunica truncata manicis l. 1. pr. Cod. *Theod.* XIV. 10.

Collusio est verbum juris Romani — etiam colludio c. 8. C. II. qu. 3.

Color paramentorum — secundum usum Romanum est, ut paramenta sint vel albo vel viridi vel violaceo (blau) vel nigro colore, v. *Ferrar.* s. v. paramenta, sed non est rubrica praeceptiva.

Comati — Cinerarii. Index latinitatis Tertulliani ed. Migne tom. II. p. 1271. *Hefele,* Conciliengeschichte I. p. 155.

Comes v. pericope.

Comes imperialis obsequii — intelligitur is, qui tanquam primas in aula dignitates tenet, ut Magistri officiorum, militum etc. Liber diurn. p. 4.

Comes palatinus, qui judex est in palatio, dignitas a papa constituta neque miscenda cum comite Romano juris publici recentioris. *Thomassin.* II. lib. 3. c. 91. nr. 10. *Moroni* dizionario di erudizione storico — ecclesiastica s. v. comes romanus.

Commenda est praebenda modo revocabili concessa: in parochiis ultra semestre tempus non valet commendatio. c. 14. 15 in VI⁰. I. 6.

Qui commendavit, potest revocare, quando vult. Nam commendare nihil aliud est, quam deponere. gl. ad c. 3. C. XXI. qu. 1.

E regula commenda est nominatio provisoria, cum de jure patronatus graves coortae sunt contentiones. *Lupoli J. E.* tom. 2. p. 349. t. 3. p. 321.

Cum tempus revocationis saepissime non servetur, discrimen inter patronatum et commendam sublatum est.

Commemoratio Romani Pontificis et Episcopi Dioecesani ab Italo-Graecis in missis fieri jubetur a summo Pontifice *Benedicto* XIV. const. Etsi pastoralis §. 9. non vero patriarcharum et episcoporum orientalium. Permittitur tamen commemoratio episcopi graeci-orientalis exercentis pontificalia in ea dioecesi. Videas canonem ritualis Romani „una cum famulo tuo papa nostro N. et antistite nostro N.“

Commemoratio — in festis — i. e. solennis agnitio nominis sancti in festo, quo alia persona celebratur, ita ut hic dies festus non possit in alium diem transferri.

Commessalia — Commessiones — Commessationes (forsan Commestiones c. 13. X. de praescr. II. 26. nisi legendum sit: consueuerunt): nomen trahunt a voce „comedere“ et clericis erant interdicta. c. 1. 10. ult. dist. 44. Commessationes in ecclesiis fieri prohibentur. *Bened.* XIV. const. singularem (317) §§. 4 et 7. *Ferr.* s. h. v. Vid. quoque ecclesia in ed. *Casinensi.*

Communio laica, quae opponitur communioni presbyterorum. c. 13. dist. 55. c. 7. 8. dist. 50.

Communio peregrina — neque sacerdotalis neque laica est. Ergo excommunicationis censura nullo modo obtinet, c. 21. dist. 50. c. 38. C. XII. qu. 2. c. 11. C. XIII. qu. 2. Ille, qui percipit peregrinam, remanet in communione ecclesiae — communio talis clericis conceditur, qui disciplinam ecclesiasticam negligunt vel ipsi communionem presbyteri respuunt. Cfas. *Hefele*, Conciliengeschichte II. p. 633.

Compago et sandalia sunt caligae episcopi. gl. ad c. 6. in VI°. V. 7.

Competentia fori. *Bernardi Pap.* summa lib. II. tit. 3.

Competentibus ex catechumenis symbolum publice praedicandum est, c. 5. 6. de consecr. dist. 4. Vid. significationem in parte secunda nostri operis s. v. liturgia.

Compurgatores obligati erant ad jusjurandum credulitatis et adhibebantur in purgatorio rei germanicae et canonicae. Hodie adhuc in processu juris canonici compurgatores adsunt, praecipue in litibus matrimonialibus.

Conceptio B. M. V. *Ferraris.* Articulus novus *Casinensis* et Constitutio *Pii* noni.

Concilia aut oecumenica aut topica i. e. vel generalia vel particularia sunt. *Fontanini* p. 47—55. Conciliis non adnumerantur synodi dioecesanae, quia in ipsis episcopus docet, censet, judicat.

Concilium nationale quid? distinguitur ab oecumenico, etsi non immerito appellatum est universale. *Bened.*

XIV. d. s. d. lib. 1. c. 1. §. 2. sed respicias ad ea, quae prolata sunt in *analect.* juris pontific. livr. septième p. 1267.

Concilia provincialia — sunt particularia. Concilia Romana,

a) quinque lateranensia erant oecumenica,
b) 109. erant provincialia. Romana autem provincia est inter Capuanam et Pisanam.

Bened. XIV. d. s. d. lib 2. c. 2. §. 5.

Historiam conciliorum nostris temporibus dedit *Hefele* prof. Tubingensis in celeberrimo opere.

Concilium Tridentinum.

Ultimum e conciliis oecumenicis, quo confirmatur doctrina antetridentina, quod demonstratum est a *Laemmero*, olim theologo 'protestantico — in dissertatione *Berolini* praemio ornata.

Quod attinet ad ecclesiae disciplinam, reformationes conclusae sunt — quibus respondent singulae reformationes liturgicae (v. Liturgia).

Respicere velis thesaurum resolutionum s. v. thesaurum, ibique decreta sacrae rituum congregationis.

Philosophia *Thomatis* ab *Aquino* remansit. Cfas rescriptum *Pii* IX. in *Rosshirt,* jus can. p. 624.

Controversiae quaedam professorum Germanicorum imprimis *Kuhn* Tubingensis et *Clemens* nunc pie defuncti Monasteriensis facile componendae sunt; vide tomum secundum hujus operis.

Conclavista. Tali nomine nuncupantur illi Cardinalium familiares, quibus cum illis in Conclave introire permittitur, ut ipsorum curam habeant. *Ferraris* articulus novus *Casinensis.* Cf. quoque dapiferi.

Concordantiarum S. S. scripturae *Manuale*: editio in commodissimum ordinem disposita et cum ipso textu sacro de verbo ad verbum sexies collata — auctoribus PP. de *Raze*, de *Luchaud* et *Flandrin S. J.* Lugduni et Parisiis 1861. Concordantiae Bibliorum Sacrorum vulgatae editionis ad recognitionem jussu *Sixti* V. Pontif. *Max.* Bibliis adhibitam recensitae et emendatae ad

textum *F. P. Dutripon,* cum notis historicis, geographicis, chronicis, atque insuper ad omne votum implendum plurimis versiculis auctae. Prati 1861.

Concordata. Conventiones. Vigens ecclesiae disciplina. Jus canonicum tam vetus, quam novum et novissimum est. Vetus vel in Decreto vel in Decretalibus *Gregorii* IX. conscriptum reperitur; novum oritur ex libro sexto, Clementinis et Extravagantibus; novissimum ex regulis Cancellariae vel Conventionibus inter P. S. et nationes singulas. Conventiones inter Episcopos et Nationes nullo modo sunt fontes juris ecclesiastici communis.

Inde derivatur vigens ecclesiae disciplina, sed dolendum est etiam hac in re nonnullas existere controversias Sanctam sedem inter et gubernium nunc vigens saeculare. Videas additiones *Casinenses* ad concordatum Gallicum: simul statum publicum in terris Badensibus et Würtembergicis. v. *Moy*, Ephemer. tom. III. sched. 7. 8.

Concilia oecumenica ex tempore reformationis non minus pertinent ad jus novissimum — imprimis Concilium Trident.

Concubina ex jure Romano non fuit uxor, sed marito jure ligata ita, ut naturales gignerentur liberi: uxoris vicem habet et appellabatur vicaria.

In jure canonico existit concubinatus, si mulier non solenniter sit ducta — tamen mutuus consensus ad vitam individuam intervenit. Usque ad saeculum sextum haec mulier legitimis uxoribus adnumerabatur, sed non in facie ecclesiae ducta.

Alius concubinatus non erat licitus. *Thomassin.* II. lib. 1. c. 80. nr. 3. gl. ad c. 5. dist. 34.

In jure recentissimo hoc adhuc justis nuptiis conceditur, si conjuges ab ecclesia neque benedicti neque parochorum assistentia copulati fuerunt, cum matrimonium eo loco perficitur, quo Concilium Tridentinium publici juris non est factum. *Thomass.* l. c.

In jure Germanico civili matrimonium quidem legitimum et ratum est, sed propter quandam status inae-

qualitatem proles inde orta ex jure civili juribus et privilegiis legitimorum filiorum et filiarum non utitur.

Concupiscentia id est stimulatio. *Klotz*, s. h. v.

Concursus parochialis: In collatione beneficiorum parochialium ab episcopis ille concursus adhibendus est, ut candidatus dignior eligatur. Est vel specialis ad quodvis beneficium vel generalis ad beneficia jam vacantia vel vacatura. Examinatores constituendi sunt a synodo dioecesana, et praeterea ab episcopo prosynodales constituuntur. *Reclusius* de concursu parochiali: *Benedictus* XIV. des. 1. dioec. in indice, *Lupoli* juris eccles. praelectiones ed. Bassani p. III. p. 315.

Concursus existit etiam in patronatu ecclesiastico, sed praesentatio ad Patronum spectat. Si patronatus sit laicus, judicium ab examinatoribus deputatis approbandum — sed sine concursu patronus potest et debet eligere. *Benedictus* XIV. cit.

Condemnatio propositionum in globo, si agatur de censura generali. *Devoti*, institt. de libris improb. lection. §. 6. nr. 4.

Conditiones in matrimonio sunt variae: non admittuntur contra substantialia matrimonii. gl. ad c. 6. C. XXXII. qu. 2. (ed. Venet. p. 1498).

Confessio oris est necessaria. glossa ad c. 87. de poenit. dist. 1.

Confessio a sacerdote ipso facienda, *Ferraris* additiones *Casinenses.*

Confessionarius. Vide opera theologiae moralis. e. g. Alphonsi a *Ligorio* — ejusdem „homo apostolicus“: *Benedicti* XIV. in ejusdem bullario tom. I. et in institt. eccles.

Confessionarius. sollicitans v. *Ferraris* s. v. sollicitatio.

Confessor. vide martyrium.

Confirmatio: sacramentum.

Confirmatio est actus jurisdictionis voluntariae — mox necessarius, mox utilis vel inutilis. V. ult. tit. X. lib. 2., quoad beneficia Vide Provisio.

Confirmatio in forma communi, in forma specifica Analecta juris pontif. livr. septième. pag. 1275 seq. X. lib. 2. tit ult. et additiones *Casinenses.*

Confraternitas. *Ferr.* s. h. v., ut legitime et valide erigatur, — et quod attinet ad sepulturas.

Congregatio de auxiliis. *Freiburger Kirchenlexicon.* Nunc quoque articulus novus *Casinensis.* Respicias singulas confraternitates apud *Braneati.*

Congregationes Cardinalium — quodvis comp. juris can.

Congrua debetur omnibus ecclesiarum Rectoribus curam animarum exercentibus, eorum vicariis et coadjutoribus — v. portio.

Conjugale debitum. gl. ad c. 4. C. XXXII. qu. 2. gl. ad dist. 13. (*Venet.* p. 44.)

Conjugatus papa num eligi possit? gl. ad c. 9. dist. 79.

Conjuges sibi communicant actiones, sed non passiones. gl. ad 4. C. XXX. qu. 4. de hac re agit *Cardinalis.* (*Maassen,* Beiträge zur Geschichte der juristischen Literatur im Mittelalter. Wien 1857.)

Conscientia — in quo differat a syntheresi — Regulae conscientiae inveniuntur apud *Ferr.* et *Rosshirt,* compend. juris eccles. append. I. v. syntheresis.

Conscientia informata episcopi est — proprium judicium. Conc. Trid. Sess. 6. c. 3. de ref. Sess. 14. proem. c. 1. 4. de ref. *Rosshirt,* jus can. p. 850.

Consecrare

1) quod attinet ad res — est dedicare, offerre et benedicere et sanctificare. *Fontan.* p. 127., ubi consecrat episcopus templum, altare, *Fontan.* p. 131. et utensilia ecclesiae,
2) quod attinet ad virgines — monialis, abbatissa, consecrata,
3) benedictio episcoporum seu consecratio.

Ordo Romanus de consecratione episcopi statuit: pontifex ponit manum super caput ejus et dicit unam orationem in modum collectae, alteram in eo modulamine, quo solet contestatio cantari,

4) consecratio i. e. coronatio principum. Tertia pars Decreti prae se fert cognomen „de consecratione."

Consecratio in canone missae i. e. transsubstantiatio.

Conservatores: episcopi, abbates et alii habentes potestatem possunt esse conservatores, et a sede apostolica delegantur de inquirendis manifestis injuriis: canonici vero possunt esse delegati ad unam causam investigandam. gl. ad c. 15. in sexto I. 14. conservatores urbis Romanae apud *Rigantium* s. h. v.

Constitutio pontificis: in qua Romano pontifici licet novas condere leges. c. 6. C. XXV. qu. 1.

Constitutiones Aegidianae: continet codificationem legum civitatum quarumdam et provinciarum Marchiae Anconitanae confectam a Cardinale *Aegidio* (a Viterbo), confirmatam a P. S. Sixto quarto. Cfas *Rosshirt,* Dogmengeschichte p. 50. not. 1. et *Brancati,* Epitome pag. 152. *Jöcher,* allgemeines Gelehrten-Lex. s. v. *Aegidius.*

Constitutiones ecclesiasticae.

Earum origines invenies dist. 15. constitutiones a pari, synodicae, encyclicae in commentario jur. can. celeberrimi *Phillips.*

Constitutiones *Clementis* V. in ordine judiciorum in Clementinis.

Constitutiones *Clementis* V. in Concilio Viennensi in Gallia — editae a *Hieronymo Baldassinio* Romae 1769. v. Bullaria. Rubricae.

Constitutiones pontificis, quae sunt extra corpus juris canonici.

In ipsis nonnisi verba genuina atque antiqua linguae latinae usurpantur, ideoque non sunt respiciendae constitutiones hae papales in nostro hoc libro.

Referendae sunt et eae, quae ad ethicen christianam pertinent, e. g. *Pius* V. prohibuerat taurorum pugnam: illam tamen postea edi concessit *Gregorius* XIII. exceptis diebus festis, et caventibus magistratibus, quantum possent, ne sanguis humanus in ea effunderetur.

Constitutiones pontificis omnibus insinuandae erant episcopis, nisi erant rescripta. *Ponsio* antiqu. p. 13. 14.

Consuetudo

a) in Decreto dist. 1. c. 5. dist. 8. c. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. dist. 11. c. 1. 4. 5. 6. 7. dist. 12. c. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12.

b) in Decretal. Greg. 1. 4. sextus I. 4.
consuetudo neque impugnare debet jus naturale et rationem, nec canonem ecclesiae. Praelectiones jur. can. Parisiis 1857. tom. I. p. 8. 9.
Consuetudo igitur in jure canonico aliam significationem habet, quam in jure Romano. Differt consuetudo

1) a traditione. Traditio et consuetudo duae sunt res, quae aliquid commune habent, in quo conveniunt, aliquid proprium et singulare, quo differunt. Traditio non minus quam consuetudo usu magis quam scriptura nititur, differunt autem, quod traditionis materia potest esse tam dogma quam disciplina, consuetudinis autem tantummodo id, quod ad disciplinam spectat. Traditio est juris divini, aliquando etiam humani, sed consuetudo semper humani. *Ponsio* de antiqu. p. 14.

2) Consuetudo juris canonici alia est, quam juris civilis. Hic respiciendum est ad civitatis constitutae legem. In republica democratica vel aristocratica fit consuetudo ipso jure per illos, qui imperant et legem ferunt. l. 32. D. de leg. et consensus aliorum, vel confirmatio judicis deficere potest. In monarchico regimine consensus principis vel rectoris, qui forsitan potest esse tacitus, desideratur. l. 2. Cod. quae s. l. c.

In jure canonico autem praeterea duae aliae qualitates requiruntur, ut consuetudo sit rationabilis et praescripta. Ratio est ratio christiana. Consuetudo legi ecclesiasticae communi derogans et contraria non valet. c. 1. 3. 4. 7. 11. X. de consuet.

Consuetudo num vincat legem? gl. ad c. 4. dist. 11.

Consuetudo — Ut autem melius scias, quae consuetudo praejudicet legi vel constitutioni: generalis consuetudinis alia rationabilis alia non est: rationabilis abrogat legem, non

rationabilis abrogatur: specialis sive rationabilis est sive non, non potest vincere legem, sed licet non abroget legem, ei tamen derogat in eo foro, ubi tenetur. *Bern. Pap.* in summa I. 4.

Consules. Suppressa est consulum dignitas a *Justiniano*, sed a sequentibus imperatoribus etsi omni modo restituta est, pristinum tamen splendorem non recuperavit. Lib. diurn. p. 5.

Contractus. Contractus et pacta non differunt. tit. X. de pactis.

Contractus emtionis et venditionis annui census cum conditione revenditionis non est usurarius; v. census realis et usurae. c. 1. 2. de emt. III. 5. in extravag comm.

Contractus venditionis cum pacto francandi est, cum Titius vendit Sempronio praedium cum pacto redimendi rem venditam, praedium tamen retinet tanquam conductor et mercedem solvit, donec idem Titius sibi illud praedium redimat. Saepe pro usurario pacto hic contractus sumitur, cum simulatur. *Bened.* de synod. dioec. lib. 7. c. 51. §. 5.

Contractus collatici is est, quo bos terram arans traditur bubulco, qui solvit domino bovis certam portionem frumenti lege hac adjecta, ut si bos naturaliter moriatur, damnum sit domino et bubulco commune, si vero pereat culpa bubulci, is totum damnum subeat. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 7. c. 51. §. 2. (Viehverstellung des italienischen, französischen und deutschen Rechts.)

Contractuum divisio in commutativos et gratuitos, quae in jure recentiori praesertim gallico occurrit, descendit ex jure canonico. gl. ad c. 1. C. XIV. qu. 3.

Contritio pro dolore in sacramento poenitentiae. cf. vocab. attritio. *Phillips*, Lehrbuch des Kirchenrechts. pag. 895.

Contumacia

a) juris Romani cf. *Hartmanni* opus de contumacia 1851.

b) juris canonici. Si actor contumax est, condemnabitur ad expensas et non admittitur ad aliam citationem, nisi praestitâ cautione ut compareat c. 1. in sexto de

dolo et contum. II. 6., si vero **reus** contumaciâ laboret, distinguendum est: Lite nondum contestata in actione **reali** actor mittitur in possessionem rei, de qua disputatur — in actione vero **personali** mittitur in possessionem mobilium, vel si ea desint, immobilium pro summa tamen debiti, ut taedio adfectus reus veniat responsurus c. 5. X. ut lite non cont. II. Lite autem contestata ad definitivam sententiam proceditur, vel actori possessio adjudicatur — absenti autem servata quaestione proprietatis. Secus est in beneficiis, quorum causae etiam reo contumace terminandae sunt, neque vero interea actorem in eorumdem possessionem mitti posse statuit *Innocentius* IV. ne per hoc ad ea ingressus patere valeat **vitiosus**. c. un. in VI^{0}. qui mitt. in poss. II. 7. Excommunicari potest reus absens et contumax, et dum irregularis fit, per sequestrationem beneficii actori sublevatur.

Conventus: pro legitima et valida fundatione conventuum seu monasteriorum seu coenobiorum Regularium sunt omnimodo attendendae pontificiae constitutiones. *Ferr.*

Cophti — forsan a Cipto i. e. Aegypto. Sub *Urbano* VIII. a cophtis nova concordia cum Catholicis in omnibus rationibus fuit absoluta; appellantur *Jacobitae*: nullo modo erant Graecae communionis.

Copiatae i. e. clerici — laborantes, fossarii. *Bened.* XIV. de syn. dioec. lib. VIII. c. IX. nr. 7.

Cordiger — idem qui cordelita. Franciscanus. gl. ad clem. 3. V. 12. *du Fresne.*

Cornu altaris — quatuor cornua altaris; *Astesanus* in can. poenitent. §. 2. *du Fresne* (ed. *Henschel*) II. p. 609.

Corona episcoporum, *Thomass.* I. lib. 2. c. 37. 45.

Corpus delicti et recognitio ejusdem tanquam res essentialis litis a sacra ecclesia instituta est. *Ferraris* sub voce Recognitio corporis delicti.

Corpus juris — vocabulum antiquissimum in collectionibus juris canonici prius receptum, quam in jure civili.

Editionum corporis juris celeberrima est editio Romana anni 1582.

Decreti historiam explicuit *Berardi* in celeberimo opere „canones genuini.“ In Decretalibus vero conferantur et *Bernardi Pap.* summa. Denique disquirantur decisio et pars decisa.

Glossatores v. nostrum Indicem in initio hujus libri.

Corruptus in episcopum consecrari potest, sed non corrupta inter virgines. gl. ad c. 2. dist. 26.

Cotta: i. e. rocchetum. *Ferr.* in indice rituum.

Crapulari — inebriari — desipere, *Nolten., du Fresne libri poenitent.*

Crida — vox germanica, *du Fresne.* — in jure canonico recepta tanquam proclamatio publica. c. ult. in VI⁰. de elect. I. 6. c. 3. X. de cland. despons. II. 3. ita et in synodis dioecesanis — adeo polonicis, ungaricis.

Hube antiqu. constitut. synodal. Petropoli 1856. p. 222.

Crimina majestatis et perduellionis. glossa ad Clem. 2. II. 11.

Criminia occulta — vindictam non habent. gloss. ad c. 8. dist. 96. crimen occultum clericorum subest judicio extrajudiciali ex conscientia informata secundum Conc. Trid. Sess. 6. c. 3. Sess. 14. c. 1. et 4. de reform.

Crux symbolum Christianorum, signum Salvatoris Christi l. 26. cod. just. I. 3. l. 1. cod. I. 8. l. 22. §. 2. cod. 6. 30.

Crux consecrata vel non consecrata. *Astesanus* can. poenit. §. 23.

Crux. Crucem pro adversis rebus seu calamitate non tam frequenter apud veteres usurpatam esse quam apud nos et ecclesiasticos, constat. — utitur tamen ita hoc vocabulo Plautus, Terentius, Martialis et Columella. Vid. *Borrichium* apud *Noltenium.* Crux de cruce!

Cucullus vestis monachorum, *Capuza Binterim,* Denkwürdigkeiten. tom. III. p. 434., quo in loco is auctor de aliis vestibus monachorum agit.

Culpa. Reatus.

Inprimis eventus i. e. forisfactum spectatur;et in considerationem vocatur tam in foro externo quam interno.

In foro interno jam solus eventus sine culpa obligatur, ergo casus. De homicidio casuali. — In foro externo praevalet culpa et in jure Romano omnis culpa: ideo damnificatio ex negligentia facientis vel omittentis. In jure canonico, cum de damno dato non tractatur sed de disciplina rei culpa sine dolo semper est causa mitigationis. In re criminali Romanorum e regula dolus tantummodo punitur.

Cumulus libertatis est plenissima illa libertas, quae ex constitutionibus *Justiniani* justa habetur. Lib. diurn. p. 117.

Cumulus beneficiorum prohibitus. *Hefele*, Conciliengesch. Index.

Cultus sanctorum. Beatificatio. *Ferr.* et celeberr. librum. *Benedicti* XIV.

D.

Dalmatica v. Collobium — dalmatica destinata erat episcopo et diaconis in urbe Roma. Ideo etiam *Caesari* concessa erat. *J. F. H. Schlosser* de dalmatica *Caroli M.* Necesse fuit, ut episcopis aliarum civitatum singulari indulto Pontificis summi permissio collobio utendi daretur. c. 10. dist. 23. v. *Moroni*: Dalmatica.

Dataria apostolica. *Moroni.*

Dearchiepiscopare c. 1. X. 1. 7. *du Fresne* non habet hanc signif. archiepiscopus ob majoritatem a sede archiepiscopali ad sedem episcopalem transferri non potest. c. IX. 1. 7. *Gonzalez Tellez.*

Debitum conjugale. De hac re ad honestatem vitae et jus canonicum respiciendum est, v. *Ferr.* et conjugale debitum.

Decani rurales — aliquando dicebantur archipresbyteri — in Italia res est incognita. cf. vicarii foranei.

Decanicum, locus praeter ipsas ecclesias, ecclesiasticis usibus inserviens: Carcer ecclesiasticus: appellatur quoque diaconicum. *Dirksen,* s. h. v.

Decimae jam exstabant in jure Romano et antiquiori Germanico: de his in jure canonico non agitur, sed de iis, qnae jure hebraico institutae erant, cum ecclesia in multis causis externis cohaereret cum jure synagogico. *Döllinger,* Die Zeit der Grundlegung der Kirche. Regensburg 1860.

Decimae est jus spirituale et quidem juris dominium pertinet ad ecclesiam, sed exercitium ejus tribnendum est laico, saepissime sub jure feudi — inde decimae infeudatae. C. XVI. qu. 7. decimarum jus tractatur minime per canones, sed per glossas. gl. ad C. XVI. qu. 7. gl. ad c. 23. C. XVI. qu. 1., ex qna competit ecclesiae actio confessoria. v. de decimis infeudatis. *Thom.* III. lib. 1. c. 11. III. lib. 2. c. 55.

Declarationes, decreta et Resolutiones sacrarum congregationum fidem non faciunt, nisi afferantur in forma authentica, neque sufficiunt collectiones ab hominibus privatis perfectae. *Ferr.*

Decoctio i. e. restitutio vel solutio. *Ferr.* s. h. v.

Decretales sunt vel edictales vel rescripta, uti constitutiones imperatorum Romanorum. Leges snnt ecclesiasticae, sed vim legis non habent, cum voluntati legislatoris sub-vel obrepsere, uti nonnulli putarunt, e. g. *H. Böhmerus.*

Decretales *Gregorii* IX. Dici potest, hanc collectionem fuisse continuationem Decreti *Gratiani.* Praecedebant collectiones quinque antiquae et summa *Bernardi Pap.* Hic enim fuit, qui novum ordinem constituit. Sunt quinque partes — cognominatae libri. Primus liber tractat de ordinario judice i. e. episcopo, et de duplici hierarchia. Subdividendus est in quatuor membra: de fide, de fontibus juris, de personis judicantium usque ad tit. XXXIII., quartum membrum tractat praeparatoria judicii — de pactis, arbitris, restitutione in integrum. Liber secundus habet ordinem judiciorum. In libro tertio continetur jus bonorum sacrorum et profanorum cleri tam saecularis quam regularis — itemqne de vita et honestate clericorum, de virtutibus, praebendis et quoque de contractibus votis, jure pa-

tronatus etc. Liber quartus de matrimonio; liber quintus de delictis.

Collectio *Gregorii* IX. publica auctoritate promulgata est ex constitutione „Rex pacificus.“ Omnes collectiones novarum constitutionum quasi illi collectioni adjectae sunt — et de iis agitur in compendiis juris canonici.

Decretalis et decretum inter se distincta. Lib. diurn. pag. 56.

Decretista. Decretalista. Sexista, qui Decretum, Decretales, sextum docet. liber sextus est jus canonicum novum. *Rosshirt J. C.* p. 39. v. Sexista in nostro hoc dictionario.

Decretum *Gratiani*, v. *Stephan v. Tournay.*

a) Gratianus congessit historiam juris ecclesiastici, non raro respexit ad jus romanum et germanicum. Illud sumsit ex *Isidori* etymol. et scriptis — hoc ex traditione viva vel moribus, e. g. vocem „precariae.“ — Saepe interpretatus est jus germanicum ex fontibus juris Romani, e. g. C. II. qu. 2. in notione „vis.“

b) In prima parte, quam forsitan *Gratianus* ipse in ordinem non digessit, jam cernitur quoddam systema: in principio definitiones et distinctiones juris tam naturalis quam civilis, in dist. 15. historia legum ecclesiasticarum — (canones Apostolorum dist. 16. 17. 18. decretales, dist. 19. 20. 21) tunc pars dogmatica tractatur, uti Canonistae dicunt jus ordinandorum, de primatu ecclesiae Romanae et de episcopis dist. 22—101.

c) Pars secunda — pragmatica — quaestionum non fuit digerenda, ideoque stetit ex collectione Gratiani. Sed ipse conjunxit quaestiones sub nomine „causae“. Quomodo apud Antiquos res judiciaria ex quaestionibus tractata sit, invenies in scriptis aliorum Ictorum e. g. Aegidii de Fuscariis nunc edit. a Doctore *Reatz*. Gissae 1860.

d) Pars tertia — de hac re v. glossam ordinariam: „Expleto tractatu matrimonii, quod est commune omnium nationum, explicitis etiam variis causarum con-

flictibus — agitur de sacramentis, quae necessaria sunt ad salutem, et hoc ordine: Primo de ecclesiarum consecratione, secundo de secramento eucharistiae, tertio de solennitatibus festivitatum, quarto de sacramento baptismi, quinto de confirmatione et divinis officiis et jejuniis et in fine de spiritu sancto et sic tractatus iste in quinque dist. est distinctus.

e) Quod attinet ad partem primam, antiquissimi scriptores juris canonici libellos edidere — de electione, quod attinet ad secundam — de matrimonio — quod ad tertiam de consecratione v. *Bernard. Pap.*

Decretum. Ejus fontes. Num Gratianus collectiones antiquiores e. g. *Anselmo* dedicatam, et opus *Burchardi* coram habuerit, vel canones ex aliis libris sumserit, non constat. Idem fere valet, quod attinet ad historiam juris Romani. Veteres auctores, quibus usi sunt Romanorum ICti, ab his quidem non sunt inspecti et excerpti, sed ipsi illos quasi traditione suscepere *Sanio*, zur Geschichte römischer Rechtswissenschaft.

Dedicationis. festum. v. Decreta Sacrae Rit. Congreg.

Defensio v. exceptio.

Defensor ecclesiae v. Advocatus.

Defensor matrimonii — non miscendus cum promotore judicii.

Defloratio — quae attinet ad obligationem stupratoris.

Defunctorum officium, v. *Missale.*

Degradatio clericorum quomodo fit. *Bened.* XIV. de s. dioec. lib. IX. c. VI.

Deitas scriptorum ecclesiasticorum est. *Augustinus* hanc, inquit, divinitatem vel ut ita dixerim d e i t a t e m: nam et hoc verbo uti — jam nostros non piget, ut e graeco expressius transferant, quod illi *θεότητα* appellant. lib. VII. de civit. Dei cap. 1. Et ita *Hieronymus Damaso* p. 57. in tribus personis d e i t a s una subsistit. *Cellarius* antibarb. recogn. Jena 1682. p. 261. sed videas quoque *Dirksenium* s. v. deitas — patris et filii et spiritus sancti unam d e i t a t e m credamus. l. 2. cod. *Theod.* XIV. 1.

Delectatio morosa est simplex complacentia voluntaria de re illicita sine intentione operis implendi — non est desiderium efficax: dicitur morosa — a mora ipsius voluntatis. *Ferrar.*

Delegatio. Delegatus revera judex est. v. Reconventio, Executio.

Appellatio non ad delegantem sed ad majorem judicem dirigitur.

Delegatio sedis apostolicae duplicis est generis, altera, qua corroboratur solum perficiturque auctoritas episcoporum ordinaria, seu qua episcopi ad id delegantur, quod jam ipsi per se praestare possunt, ne ullo modo sit dubium quoddam: altera, qua ei delegato tribuitur auctoritas, qua ipse per se caret. *Thomass.* s. v. deleg. in indice. V. justitia.

Deliciosus nomen erat ac titulus honoris et amicitiae, quo romani pontifices ac reges insigniebant suos consiliarios, legatos, duces, missos. *Thomass.* I. lib. 2. c. 101. nr. 16.

Denunciatio in genere

a) ex jure civili, est citatio solennis.

b) ex jure canonico, quae est vel evangelica vel canonica: si delicta sint commissa, et quis denuncians crimen alterius detulerit neque onera accusatoris suscipere ausus fuerit — est denunciatio evangelica. Alia spectat ad delicta committenda, si quis vult peccare et ibi retineri debet, appellatur denunciatio canonica, et sic patet, quod crimina nondum commissa possumus denunciare. glossa ad c. 8. C. XXII. qu. 5.

Denunciatio matrimonii sunt proclamationes seu notificationes de matrimonio duorum inter se contrahendo.

Depositio v. degradatio, privatio ab officio.

Depositio i. e. testificatio. *Brancati* s. h. v.

Deportus, jus caduci in beneficiis ecclesiasticis, quando vacant, quod ad episcopum spectat. *Henschel* ap. *du Fresne*: *Lauriere* s. v. deport. et *Thomassin.*

Derivationes spuriae e. g. sacrilegium a sacrilaedio: usura

ab usuaera, quia ex usu aeris procedit — occurrunt ex scriptis *Bernardi Pap.* — in ejus summa.

Derivationes spuriae apud Glossatores, v. nostrum Indicem scriptorum in hoc opere allegatorum s. v. „corp. jur. can.“

Desponsatio — est vel de futuro vel de praesenti. Consensus sponsalitius sufficit, et in illis regionibus, in quibus Concilium Tridentinum publici juris factum non est, vel solus consensus de praesenti desideratur; si vero conjuges nolint peccare, debet consensus admitti in facie ecclesiae.

Detractio est alienae famae injusta violatio — differt a contumelia, quae est injusta honoris diminutio. *Ligorio* theol. mor. lib. 3. tract. 6. dub. 2. „quia contumelia instar rapinae fit aperte contra praesentem, detractio ut plurimum instar furti occulta et contra absentem“ (Iujurie im Gegensatze der Verläumdung).

Deus, potius Deo quam hominibus obediendum est. Quae quaestio obtinet, si quid magistratus mandat; ergo in criminibus atrocioribus neque magistratui nec principibus saecularibus parendum est. gloss. ad reg. 24. in VI°.

Deus quos conjunxit, homo non separat. c. 17. C. XXXIII. qu. 2. v. divortium.

Devolutio:

1) quo jus conferendi beneficii devolvitur ad alterum propter negligentiam ejus, qui illud conferre debuerat. Conc. Lateran. III. sub *Alexandro* III. Conc. Later. IV. sub *Innoc.* III.
2) existit et provisio impetrata a Romano pontifice, ad quem tunc devolutum est, cum beneficium quidem intra praefixum tempus collatum fuit ei, qui propter defectum non est idoneus, perinde ac si vacaret. Post pacificam triennii possessionem non est devolutioni locus, possessor vero debet esse in bona fide.

Devolutio quodammodo ab episcopo ad capitulum cathedrale transfertur. *Reiffenstuel*, jus eccl. lib. 1. tit. 10. nr. 22. *Phillips*, Lehrbuch des Kirchenrechts (compendium jur. eccl. p. 281).

Devotio ad imagines non est impedienda *Ferraris* ind. rit.

Dextros intra ecclesiae — dextri sunt triginta passus circa ecclesiam. *du Fresne.*

Diabolus — dicitur oriens vetus respectu Christi, de quo legitur: Visitavit nos oriens ex alto. gl. ad c. 25. C. XXIV. qu. 1.

Diabolus, princeps mundi. gl. ad c. 1. C. XXXII. qu. 2.

Diaconissa. *Hieronymus* et vulgatus interpres bibliorum foeminam dicunt esse, quae operam suam ecclesiae addixit. *Cellarius* antibarb. p. 264. Ascetria Monastria. *Dirksen.*

Diaconissae praesertim eae intelligebantur, quae in ministerio erant ecclesiastico, ut Phoebe illa in Cenchreis Corinthi suburbio, quam *Paulus* epist. ad Romanos memorat. *Thomass.* I. lib. 3. c. 50. nr. 8.

Diaconissae benedictio. *Hefele,* Conciliengesch. tom. II.

Diaconium — non oportet, subdiaconos licentiam habere in sacrarium sive secretarium, quod Graeci diaconium appellant, ingrediendi et contingendi vasa dominica — quae sublata sunt, uti dicit *Innoc.* III. c. 9. X. c. 14.

Diaconicum est idem c. 26. dist. XXIII. *Hefele,* Conciliengeschichte I. p. 739. v. *Dirksen,* s. h. v.

Diaconus S. evangelii. Minister in ecclesia Christiana. *Dirksen* s. h. v.

Diaetae — ultra legales diaetas. Conc. Trid. sess. 13. c. 2. de reform. v. dieta.

Dictio in literis Apostolicis expediendis continetur ex lineis, linea vero 150 i. e. 25 dictiones habet. Extravag. *Joann.* XXII. de sent. excomm. c. un.

Dies aegyptiaci. Calendae Januarii: non sunt observandae. *Augustinus* i. c. 16. C. XXVI. qu. 7. *du Fresne ed. Henschel* tom. II. p. 846. tom. III. p. 962. sed hic recentissimus editor ad documenta juris canonici nullo modo respicit.

Dies discretionis c. 14. X. de regular. III. 31. *Ponsio* antiqu. in tit. de regular. annus legitimae aetatis. Congr. Conc. Trid. de anno 1639. 16. Julii.

Dies fixae — dies immutabiles festorum — dies natales cognominatae. *Freiburger Lexicon.*

Dies in specie, — cinerum, cilicii, quod caput jejunii dicitur. *du Fresne.* — **irae.** hymnus celeberrimus in officio defunctorum. *Freiburger Lexicon.*

Dieta continet viginti miliaria. v. *Ferr.* benedictiones art. V. s. nr. 10.

Dignior in collatione. *Lupoli J. E.* tom. III. p. 315. est obligatio eorum, qui beneficia conferunt. *Ligorio* theo. mor. lib. 4. c. 92.

Dignitas est praecedentia cum jurisdictione: sine jurisdictione est honor et appellatur personatus.

Dilapidatio fit a laico habente administrationem vel a praelato. v. *Poena* ap. *Ferrar.*

Dimissoriales vid. formatae. praecipue in impedimentis ordinationis, matrimonii.

Dioecesana lex valet, dummodo in ipsa synodo non ducas aliquid statuendum, quod canonicis obviet institutis c. 9. X. de maj. et obed. I. 33.

Diptycha erant libri, sive tabulae sacrae, in quibus erant descripta nomina viventium et mortuorum, qui ceteris aut generis nobilitate aut virtute aut dignitate praestarent. *Devoti* de hierar. ordin. in institt. §. 27. not. 4.

Diptycha hae chartae appellabantur, non quod gemini essent libri, vivorum alter, alter mortuorum, cum unus idemque liber utrorumque nomina continere potuerit, et solus liber viventium, item solus mortuorum, pro quibus preces offerebantur, etiam diptychum est dictum. v. *Moroni* s. v. dittico.

Directores spirituales i. e. confessarii. *Bened.* d. s. dioec. l. VI. c. XI. nr. 9.

Disciplina ecclesiae, v. *Ritus.*

Dispendia litium aequitatis compendio volentes etc. in c. 3. X. in VI^{0}. 1. 3. Vide *Klotz, du Fresne.* Glossa (compendium breve et utile, dispendium longum et inutile), doctrina de mutuis petitionibus, quarum origo in jure can. reperitur: cum jus canonicum omne, quod est inter partes in lite, simultaneo processu componitur.

Dispensare i. e. disponere de rebus ecclesiae et redituum divisorum in quatuor partes, c. 18. C. XI. qu. 3.

Dispensatio pendet a jure ferendi leges, competit P. S.; Episcopi dispensare possunt, cum ad sedem Romanam non est aditus. *Phillips* comp. jur. can. de dispensatt. *Kübel,* diss. exercitium juris canon. Heidelbergae 1786. Gratian. dist. 13. 14. *Ferr.* s. v. dispensatio: distinguitur a jure restitutionis, relaxationis, retractationis, redemtionis, cessationis; specialiter in impedimentis relaxandis matrimonii, quod attinet ad voces relaxatio, redemtio in specie, v. *Riganti* ad reg. XVIII. cancell. Dispensatio — v. *Bern. Pap.* V. 2. §. 6. sq.

Distributiones fiebant inter clericos quotidianae. *Thomass.* in Indice. V. quoque *Ferraris.*

Divinatio — delictum ecclesiasticum — per sortes — appellatur sortilegium, censuris et aliis poenis punitur. c. 1. C. XXVI. qu. 3. 4. c. 1. 2. X. de sortileg. V. 21. Constitt. *Leonis* X. *Sixti* V. *Gregor.* XV. *Urbani* VIII. *Bened.* XIV. *Devoti* tit. XIII. tit. de delictis.

Divortium

a) juris Romani. Etsi libertas et hierarchia ecclesiae in imperio Romano recepta erat, tamen retinebatur jus civile Romanorum matrimoniale, sed fide Christiana remanebat sacramentum indissolubile, et divortium solummodo spectabat ad solvendam individuam vitae consuetudinem. *Ponsio* in tit. de divortiis.

b) juris Canonici — divortium nunc dicitur separatio a thoro et mensa. *Bened.* XIV. in const. Dei miseratione ad Poloniae Antistites 11. Apr. 1741 et 18. Maii 1743.

Docere in ecclesiis mulieribus non licet, nec laicis praesentibus clericis, c. 29. dist. 23.

Doctor et Scholares. gl. ad prooem. in VI⁰.

Doctoratus et alii gradus, a quibus conferri possunt? gl. ad clem. 2. V. 16.

Doctoratus vel magisterium. Dicuntur Doctores, qui docent jus canonicum et civile: — magistri dicuntur in theologia vel artibus et qui in specie docent septem liberales artes. Sed Ultramontani i. e. Germani

communiter doctores vocant magistros, cum Christus ita vocaretur a discipulis. Et dicitur magister quasi maior sicut minister quasi minor. gl. ad clem. 2. V. 1. Magistri quoque erant physici, chirurgi et qui artem obstetriciam exercent. De magistris regentibus studia generalia V. *Rosshirt* dissert. de historia Universitt. Parisiensis, Pragensis, Heidelbergensis. 1861.

Dogma res dogmatum, historia rerum dogmaticarum. Theologorum et ICtorum scientia valde affinis est. Apud Catholicos res dogmatica semper firma stetit, meliusque intelligitur temporum progressu, neque controverversiis et traditione historica rerum dogmaticarum variatur, vel evertitur. Apud Protestantes, imprimis Neotericos, e. g. *Baur*, *Hegel* dogmata ipsa quotidie quasi nova nascuntur controversiis historicâ ratione modo finitis modo criticâ arte reprobatis aliterque constitutis. Quae opinio utique aptior et accommodatior est construendis populorum juribus et moribus, ideoque in historia dogmatica juris facilius adhibetur, ipsis principiis neutiquam neglectis: qua re juris historia pro parte discernitur a methodo rei dogmaticae Protestantium. Jus enim progreditur non solum in corrigendo, ut apud Protestantes sed potius in emendando et supplendo jure antiquo. Videas quaeso opus meum jam viginti ferme abhinc annis propositum — de historia dogmatum juris, quod comparare velis cum observationibus celeberrimi collegae *Hefele* (Conciliengeschichte I. pag. 220. 221.)

Dogma. Apostolica disciplina: — contraria est opinio haereticorum, qui a catholicae religionis dogmate deviare contendunt. l. 13. Cod. *Theod.* XVI. 10. l. 6. eod. XVI. 6. *Dirksen* s. h. v.

Dolor in poenitentiae sacramento. *Ferrar.*

Domestici appellantur proprie, quibus imperari potest ratione patriae vel domesticae potestatis. gl. ad c. 24. X. II. 19.

Dominicus dies:

a) dominici resurrectionis dies

b) quilibet dies dominicus more veterum, ut observat Quesnellus de jejunio Sabbati, ex qua causa dies Sabbati hebdomadalis jejunii erat.

Ordinationes ideo non solum paschali tempore, sed quolibet die dominico fieri poterant.

Dominium — bonorum ecclesiasticorum penes ecclesiam est. Haec est doctrina glossatorum. gloss. ad c. 2. in VI⁰. III. 9.

Sed usque ad hoc tempus de hac re disceptatum est. *Benedict.* XIV. d. s. d. lib. VII. c. 2. V. compendia juris can.

Distributio et alia dispositio semper episcopis relicta erat. *Benedict.* XIV. d. s. d. lib. IV. c. 4. §. 1.

Dominus vobiscum. Desumitur ex veteri testamento: sic legitur *Bootz* salutasse messores suos: illud vero — et cum spiritu tuo oritur ex epistola *Pauli* ad *Timotheum.*

Episcopus autem cum primo salutat populum, non dicit Dominus vobiscum, sed pax vobis, quia haec fuit prima vox Christi ad discipulos post resurrectionem, — ergo ut se ostendat vicarium Christi, sic dicit. Post vero dicit „Dominus vobiscum, ut sic ostendatur eum esse de numero aliorum sacerdotum.“ gl. ad c. 61. dist. 1. de consecrat.

Dormitoria i. e. Coemeteria.

Moy, Archiv Bd. I. S. 25 ff. sunt immunia ideo. Freithöfe, jetzt Friedhof. *Phillips*, Lehrbuch S. 708.

Dompnus — domnus — specialis est honor:

a) apud militares religiosos idem atque commendator.

b) apud Doctores.

Videas vocabulum „Don“ *du Fresne* ed. *Henschel* tom. II. p. 921.

c) Inter monachos hoc nomine solus olim abbas vocabatur. *Thomass.* I. lib. 3. cap. 66. nonni appellabantur seniores monachi, nonna apud *du Fresne* forsan nonna ex lingua orientali. Sed vocabulo „nonnus“ appellatur dominus c. 63. regular. *Benedicti.*

Dormire. Qui in scholis dormiunt, natura postulat, ut

somno minus indulgeatur. gloss. ad c. 56. de poenit. dist. 1.

Dubium v. Conscientia.

Ducatus: verba hic non facimus de rebus Germanicis — sed de ducatu in Italia jam temporibus imperii Byzantini. Ibi erat ducatus Romanus, cui dominabatur Pontifex summus eo tempore, quo discessit imperium Byzantinum ex terris Italicis. Cfas opera *Orsi* et *Cenni* del dominio e della sovranità de' Romani pontifici etc. de hac re nil profert *Savigny* in celeb. op. jur. Rom. med. aevi part. I. p. 384—394. melius *Scharpff*, die Entstehung des Kirchenstaats p. 91. sq.

Dulia: ita tamen adorare debemus, ne duliam in latriam convertamus.

Dulia est cultus vel servitus, quae debetur homini: latria cultus vel servitus, quae debetur Deo.

Latria fit Domino, dulia servo, hyperdulia vero Mariae. gl. ad c. 2. in VI⁰. I. 16.

Dupondium v. lexica latinitatis juris Romani *Calvini, Gothofredi, Dirksenii*, dupondiarius dominus est unius dupondii i. e. vilioris pretii. *du Fresne (Henschel)* II. p. 965.

Dynus: inter Jureconsultos medii aevi primum obtinet locum in enucleando jure canonico, sed ubique ad jus Romanum respicit, inprimis in regulis juris libri VI., quas accuratissime explicuit in singulari opere.

Dyscoli et incorrigibiles ex seminario expellantur. Conc. Trid. Sess. 23. de reform. c. 18.

E.

Ebdomada, v. Hebdomada.

Ecclesia aurea. *Hefele*, Geschichte der Concilien. I. p. 483.

Ecclesia est institutum inaequale: o b e d i e n s est universitas et societas omnium Christianorum: r e g e n s vero tuetur societatem quasi organon spiritus sancti: vocis originem habet ex Graecorum lingua, opponitur synagogae Ju-

daeorum et templis ethnicorum, appellatur catholica, cum eam etiam haeretici ipsi sub tali appellatione agnoscant; *du Fresne.*

Statuta vel laicorum in ecclesia valent, si ab ipsa confirmata sunt, alias non: c. 10. X. de constitut.

Ecclesia quatuor genera hominum continet, nam sunt quidam in ecclesia re et nomine, ut boni catholici, quidam nec nomine nec re, ut praecisi i. e. separati — excommunicati vitandi et tolerati, c. 7. C. XXIII. qu. 4. quidam nomine tantum, ut in contrariis, (Namenskatholiken), quidam re tantum, si sunt catholici, sed non recte baptizati. c. 149. dist. 4 de consecrat. gl. ad c. 70. de poenit. dist. 1.

Hieronymus dicit, in ecclesia orientali haereses et schisma pullulare, quod non est in ecclesia Romana.

Num duplex esse possit ecclesia — catholica et haereticorum vid. gl ad c. 25. C. XXIV. qu. 1.

Ecclesia Romana per antonomasiam dicitur ecclesia: et est mater graecae ecclesiae ita, ut haec illi nullo modo coordinanda sit. *Brancati* s. v. ecclesiae Romanae praerogativa.

Ecclesiae baptismales dicuntur matrices. gl. ad clem. un. III. 15.

Sunt et alia cognomina ecclesiae, v. *du Fresne*, cardinalis, cathedralis, chrismalis, collegiata, conventualis, parochialis, dioecesana, filialis, forensis, maior, minor, plebesana, prima, principalis, regalis, (ubi rex et parochus), villana, ecclesia baptismalis est quasi originaria sed posteriore tempore appellabatur parochialis.

Ecclesiae reconsecrandae in sex casibus:

1) cum dubitatur de consecratione,
2) quando motum est altare majus,
3) propter homicidium,
4) quando est exusta,
5) aut si parietes de novo sunt funditus reparati,
6) propter adulterium.

Gl. ad c. 18. dist. 1. de consecrat.

Ecclesiarum majorum i. e. Patriarcharum ordo, gl. ad c. 1. dist. 22.

Romana ecclesia. Alexandrina. Antiochena. Hierosolymitana. Constantinopolitana.

Ecclesiarum rerum praelati sunt procuratores et non domini, v. dominium. gl. ad c. 3. C. XXIII. qu. 7.

Ecclesiastica persona

a) in sensu latissimo, qui gaudet ecclesiastica immunitate quamquam laicus et uxoratus, *du Fresne.*

b) in sensu latiori clerici et ecclesiastico ministerio donati,

c) in sensu proprio monachi, qui clerici non sunt, moniales et feminae, quae ab ecclesia non possunt recedere. Opponitur persona laica.

Ecclesiasticae res in quatuor casibus licite alienatur. (necessitatis, pietatis, utilitatis, incommoditatis) gl. ad c. XII. qu. 2.

Ecclesiasticis rebus opponuntur res temporales, quae immunitate rerum ecclesiasticarum non gaudent.

Ecstasis i. e. animi a sensibus alienatio. lib. pontific. ap. *Muratori* tom. II. p. 178. in Agnelli libro.

Ecthesis — expositio fidei. *Hefele*, Conciliengeschichte III. S. 154.

Edere actionem i. e. implorare judicem. c. 6. X. II. 1. scriptis actio edenda. c. 1. X. II. 3., libellum actionis offerre. Aliud edere actionem in jure Romano, aliud in jure canonico.

Actio juris Romani fuit formula (instructio litis) a magistratu judici oblata ad condemnandum vel absolvendum, in qua formula simul erat jus et factum.

In jure canonico solummodo exhibenda erat causa facti, quae erat actio, et ex qua judex, qui cognoscebat jus, sine instructione sententiam tulit. Curia semper cognoscit jus.

Ideo edere causam actionis est edere actionem jure canonico et hodierno, c. ult. X. 2. 3.

Edictum jure Romano est ordinatio vel praetoris vel imperatoris in jure canonico constitutio P. S. c. 4. dist. 2. jure Germanico est bannum *du Fresne.*

Edictum laicale etiam ab ecclesiasticis condi potest. *Ferr.* ex editione *Barbielliniana.*

Editiones populi celebrare — vox editio spectaculum est. c. 1. dist. 51. *du Fresne* s. h. v

Ejecti. Religiosi professi vere incorrigibiles possunt servatis servandis licite ejici a religione, *Ferr.*

Ejectionem summorum pontificum sibi reservavit dominus. c. 10. 11. dist. 79.

Electio (in genere) a canonicis, clericis, populo fit. *Bernardi Pap.* dist. de electione §. 4.

Electio initiatur in deliberatione, perficitur in pronunciatione, consummatur in confirmatione. *Bernardi Pap.* summa lib. 1. tit. 4. §. 4.

Electio episcoporum et Romani pontificis. *Rupprecht* not. histor. tom. II., *Phillips* Comment. jur. eccl. tom. V.

Verba facere ausim contra opiniones quorundam Doctorum nostri temporis adeo celeberrimorum. Ante *Nicolaum* II., qui electionem pontificis Cardinalibus commisit, electio tam pontificis quam episcoporum populo cleroque libere concessa fuit, nec principibus et imperatoribus jus cavendi vel confirmandi inerat. Hoc jus sibi usurpabant imperatores eo tempore, quo ecclesia depressa erat, id quod tibi liquebit, si animo integro fontes perspexeris; *Gratiani* decretum, dist. 42 —63. c. 26. dist. 79. (*Fontanini* pag. 79—84). *Floss,* die Pabstwahl unter den Ottonen. Freiburg 1858. *Hefele,* Conciliengeschichte. IV. Bd.

Electio papae ubi fiat, si in mari moriatur. Cardinales debent convenire in civitate, per quam locus ille maris distringitur et si non distringatur, in alia civitate — dicerem in viciniori id est faciendum. gl. ad c. 3. in VI°. I. 6.

Eleemosyna est opus, quo datur aliquid indigenti ex miseratione propter Deum. *Ferr.*

Eleemosinarius magnus Pontificis summi et Regum semper est episcopus. *Bened.* XIV. lib. XIII. c. VIII.

Elenchus personalis — jus parochi admonendi peccatores

publicâ oratione speciatim — doctrinalis in genere. *Freiburger Lexicon.* l. VIII. 365.

Elinguis — habet linguam sed usu ejus caret: elinguatus amisit. *Noltenius.* biennio esto elinguis in capitulo et de eo taceatur. c. 2. X. de regular. *de summis vitae regularis conditionibus ab Ordine Benedict. capitulari Lambacensi. Viennae 1860.* Cardinalis eccles. Romanae primo sit elinguis.

Emphasis est, si in verbis inest tacita quaedam vis et significatio. c. 7. 8. X. d. V. S. V. 40.

Encaenia dedicatio ecclesiae et anniversaria consecrationis ecclesiae, synod. Antioch. anni 341. *Hefele,* hist. conc. I. p. 483.

Energumeni — qui contemta religione catholicâ operas diabolicas imitantur — sunt irregulares, dicuntur lunatici et obsessi a daemonibus, *du Fresne. Ferraris* (antiq. coll.) *Thom.* in ind. sub voce „energumeni", gl. ad c. 17. dist. 23. en=in, ergo, quod est labor et mene, quod est defectus — qui est quasi in opere deficiens. missa catechumenorum consistebat convocatis catechumenis, energumenis, competentibus et poenitentibus. *Drey,* apost. Constitut. pag. 137.

Ecyclopaedia latinitatis graecissantis est, Quintiliano lib. 1. c. X. interprete orbis doctrinae, disciplinarum — vel ea disciplinarum series, quae ostendit, inter omnes artes esse conjunctionem quandam et communionem — vel omnium bonarum artium societas et cognatio omnis doctrinae: omnium bonarum artium varietas cognata. *Noltenius.*

Encyclopaedia literarum juris canonici:

1) primis temporibus omne studium perficiebatur grammatica et sacra scriptura, c. 5. dist. 86.
2) studia grammatices *Thomassin.* II. lib. 1. c. 93—104. celeberrima schola St. Galli, *Gfrörer*, *Gregor* VII. tom. I.
4) In gymnasiis cursus erat duplex trivii et quadrivii. In trivio erant Grammatica, Rhetorica et Dialectica; in quadrivio Algebra, Geometria, Astronomia et Musica.

4) In archigymnasiis colebatur jurisprudentia tam civilis quam canonica. Naturalis theologia, jurisprudentia naturalis tanquam artes conjunctae erant cum philosophia. Non minus erant artes theologia positiva et studia ex experientia hausta physica, chirurgica.

5) Cum tempus ad reformationem vergeret, duo systemata doctrinae exculta sunt: temporum progressus ad graeca et humaniora ducebat, quibus etiam inservierunt Jesuitarum scholae—et literae theologicae a parte Catholicorum principiis scholasticis Thomatis ab Aquino, a parte Protestantium ex scientia rationali unitis historiae et artis criticae studiis.

Ensalmus dicitur, quia communiter ex verbis Psalmorum componitur et ordinatur ad morbos sanandos. Si ensalmus est invocativus, scilicet petens salutem a Deo, quasi credatur infallibiter effectus, licitus est, secus si sit constitutivus, scilicet si ei tribuatur virtus infallibilis. *Ligorio* theol. moral. lib. 3. nr. 21.

Entheca — Intheca — graeca significatio ἐνθήκη — reconditorium — repositam rei copiosae substantiam appellamus. *du Fresne.*

Enthymema i. e. commentum. *Forster* in tract. pars. 4., videatur *Klotz*, s. v. comminiscor.

Epaule — espaule v. *du Fresne* s. v. espaula, espubla — spalla — tributum pro jure venandi.

Epicheja est benigna legum interpretatio secundum aequum et bonum. *Ferraris* s. v. lex art. 5. nr. 41. tom. III. pag. 286.

Epikeja. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. XIII. c. V. lib. III. c. VIII. (ἐπιείκεια) aequitas.

Epileptici — irregulares.

Epiphania Domini — festum magorum.

Episcopatus, ejus origo apud *Döllinger,* Christenthum, Kirche in Zeit der Grundlegung.

a) episcopi septem (sex) suburbicarii — Cardinales romanae ecclesiae,

b) episcopi cardinales R. E., qui obligati erant, episco–

patum commendare, sed ex Conc. Trid. episcopatum retinere possunt,
c) episcopi territoriales,
d) episcopi, qui sunt administratores episcopatus.

Episcopium. Lib. diurn. p. 97.

Episcopum, ut ordinetur et consecretur, oportet
a) esse sine crimine,
b) unius uxoris virum,
c) non esse vinolentum,
d) esse literatum,
e) esse ornatum.
Dist. 23. et seq.

Episcopus Dei et Apostolicae sedis gratia. *Thomassin.* tom. I. (ed. *Mogunt.*) p. 466., collateralis, suburbicarius unus ex septem cardinalibus episcopis. qui Pontifici in urbe semper astant. *Bened.* l. V. c. 2. nr. 3. VII. c. 1. nr. 7.

Episcopus — num in ordinatione praeferatur presbyteris. *Döllinger*, Grundlegung etc. Cfas. *Phillips* Comment. I. §. 36. 37. Lehrbuch §. 57. episcopo non est obediendum, qui pro hereticis missam canere jubet, c. 91. C. XI. qu. 3. episcopo a paganis vel schismaticis capto, non archiepiscopus sed capitulum dioecesin administrat vel ejus vicarius generalis c. 3. 4. in VI⁰. I. 8.

Episcopus aut quasi talis, aut quasi delegatus papae. Cum episcopus collationem parochiarum habet, quasi delegatus papae agit. *Bouix*, de parochis, p. 246. Conc. Trid. Sess. 21. c. 4. de reform.

Episcopus forensis, qui nulli episcopo est obnoxius. Lib. diurn. p. 6.

Episcopus in partibus — titularis — olim episcopi gentium. Homilia *Pii* VI. in Basilica St. Pauli die 4. Octobr. 1778. *Devoti*, institt. de patriarchis §. 34.

Episcopus obligatus est probare delegationem a P. S. concessam vel
1) ex Conc. Trident., cujus interpretationem *Fagnanus* exhibet in tom. I. p. 400. Cfas. *Thomassin.* I. p. 466 (ed. *Mog.*), vel
2) ex speciali concessione et indulto.

Episcopus suffraganeus in sensu ordinario est episcopus dioecescos non exemtae, sed metropolitano subjectae — in sensu speciali sunt coadjutores sine successionis jure, praesertim in Germania, in qua dioeceses tam late patent, ut episcopi coadjutoribus utantur ad episcopale munus exercendum. *Devoti*, institt. de coadjut. §. 48.

Epistilium, quod supraponitur columnis. gl. ad c. 17. in VI°. I. 6.

Epistolae ecclesiasticae: apostolicae, canonicae, clericae, (quae a clero scribi solent sede vacante) circulares v. encyclicae, commendatoriae, concessoriae vel dimissoriae, confessoriae i. e. confessorum, decretales, diaconicae, (de officio diaconi) enthronisticae (quas episcopi, simul atque consecrati sunt, ad extraneos epicopos mittunt, ut ab ipsis vicissim pacificas et communicatorias epistolas accipiant), festales (pro festo), formatae v. f o r m a t a e, pastorales, quae pro instructione ad ecclesias mittebantur, synodicae, quae ad synodos scribebantur, vel ab ipsis mittebantur, pontificiae vel systaticae seu pacificae. *Ferr.* s. h. v.

Epistolium, i. e. litera formata — clericis concessa, *du Fresne*. *Hefele*, Conciliengesch. II. p. 120.

Epitimium, poena ecclesiastica, dicitur increpatio etc., suspensio c. 1. C. XXI. qu. 4. *du Fresne.*

Equites ordinum militarium poterant esse conjugati. *Thom.* I. lib. 2. c. 65. nr. 7. v. equites Hierosolymitani et Hispanici apud *Thomassin.*

Eremita (ἤρεμος) desertus, eremi cultor, eremicola, monachus — tum coenobita etc. *Ferrar.*

Eremodicium dicitur litis contestatae desertio, quod et actore et reo absente contrahitur. L. 13. §. 3. Cod. III. 1.

Ergasteria sunt stationes operariorum — tabernae, c. 3. dist. 44.

Ergastulum, quo tenebantur captivi in spatio snbterraneo v. *Klotz* et scripta Romanorum, e. g. Colum. I. 8, 16. S e n e c a de ira 3. 32. *Plinius H. N.* 18. 3. ergastularius — ergastulariae tenebrae, v. *du Fresne.* in jure ca-

nonico locus, qui adhibetur ad exercitia facienda: sed de jure canonico apud *du Fresne* nil reperitur. In jure canonico ipso carcer nominatur. c. 35. X. de sent. excommun. V. 39. c. 3. in VI⁰. 5. 9.

In vocabulario legitur: ergastula dicuntur carceres vel pressiones, et dicitur ab „er“ quod est lis et „scolon“ missio.

Errare v. culpa.

Error qualitatis dissolvit matrimonium spirituale, sed non matrimonium carnale. gl. ad c. 6. dist. 74.

Eschatologia — τὰ ἔσχατα sunt mors, resurrectio, judicium, purgatorium, infernus et paradisus. *Dante*, la comoedia divina. Exstant singulares praelectiones Theologorum sub nomine „Eschatologiae.“

Ethnica — ethnos i. e. gens, inde ethnica i. e. gentilia. gl. ad c. 25. X. 2. 24.

Ethnici — opponuntur Judaeis et Christianis.

Eucharistia dicitur ab eo, quod est bonum et charis, quod est gratia — quasi bona gratia. gl. ad clem. 1. V. 7. *Ferraris.*

Euchologium (rituale Graecorum) — libellus, quo preces continentur — in ecclesia orientali. de hac re tractat *Hergenröther* in Archivio (nova collectio 1862.) tom. I.

Eulogia dicebantur olim munuscula, quibus superiores ab inferioribus colebantur, tum etiam postea frusta panis quae post missam iis, qui non communicaverant, dabantur vel dicitur de superstitibus populi ad eucharistiam consecrandam oblationibus, vel de parochi ipsius pane. *Thomassin.* I. lib. 2. c. 23. nr. 5. 6. 7.

Eunuchi. nemo abscissionem potest in se permittere, nisi ex consilio medici ad servandam vitam. *Ferr.*

Eutrapelia (urbanitas) εὐτράπελος, qui sua verba scite vertere potest, praesertim in ludis, — ludum non solum culpa carere, verum etiam ad virtutem eutrapeliae pertinere: in ecclesiasticis facile in vitium degenerat. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 11. c. 11. §. 5. XIV. d. s. d. lib. 10. c. 2. §. 3.

εὐχτήριον i. e. oratorium, *du Fresne.*

Evangelistae quatuor: hominis, leonis, bovis et aquilae, gl. ad Clem. 1. I. 1.

Evodia i. e. circumitio, circumspectio, *Pauli* Ap. ad *Philipp.* 3. 17—21. 4. 1—3.

Euouae occurrit in Rituali Romano — officium defunctorum et significat vocales verborum „saeculorum Amen.“

E e Se —
U u cul —
O o or —
U u um —
A a am —
E e en —

Lump, der Choralgesang. Freiburg 1837. S. XX. Non commiscendum cum vocabulo „evoe“ quae est vox bacchantium. *Forcell.*

Examinatores prosynodales — v. Concursus parochialis. Ex Concilio Tridentino nominari solebant sex examinatores, ideoque appellabantur synodales, sed cum congregatio synodalis non raro deficeret, obtinuit episcopus quasi judex et rector synodi — ordinarius facultatem examinatores constituendi sub nomine „prosynodales“ *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 4. c. 7. nr. 10. *Ginzel* die Pfarrconcursprüfung. Wien 1855. *Phillips,* compend. jur. can. §. 138.

Exceptio:

a) in ordine judiciorum apud Romanos exceptio formulae judicii inserenda erat, non raro autem in bonae fidei actionibus exceptio judici relicta est. In utroque casu exceptio proveniebat ex jure aequo et bono.

Jure Justinianeo exceptio semper judicis arbitrio competebat, et vocabulum „exceptio“ in usu remanebat, quia prioribus temporibus erat adhibitum: erat juris specialis exceptio. Et facti exceptio non revera erat exceptio, si reus extra responsionem ad facta ab actore narrata, solutionis remedia ex jure communi proferre poterat.

b) jure canonico exceptio quaevis defensio appellatur, quae opponitur litis contestationi i. e. responsioni ad

facta ab actore narrata. c. 20. in VI⁰. de R. J. Comment. *Dyni* legendum non est „defensoribus."

Exceptio et defensio num et qualiter differant. gl. ad c. 1. in VI⁰. II. 3.

Excommunicare — verbum ecclesiasticum, denegare communionem, est verbum usitatissimum neque barbarum, uti Muretus explicuit, si videre velis *Noltenium* p. 231. Cfas. Maranatha — anathema maranatha. *Freiburger Lexicon* XII. Bd. p. 766.

Excommunicatio est censura non solum vivi sed et mortui. c. 5. X. de haeret. V. 7.

Ecclesia enim condemnat non solum actus famulorum in hoc orbe, sed etiam post mortem, remanente divino judicio.

Si quem episcopus sub conditione excommunicat, et hic ante existentem conditionem moritur, tum existente illâ excommunicatus est a mortuo. Sed disputatur, num conditio retrotrahatur. Gloss. ad c. 24. dist. 63.

Excommunicatio est vel ferenda vel lata. Lata sine scriptis tenet. c. 1. in VI⁰. V. 11. quemquam propter injuriam propriam episcopo excommunicare non licet. c. 27. C. XXIII. qu. 4.

Excommunicationis formulae antiquae, *de Rozière.* Recueil général p. 673. sq.

Excommunicatio major, minor. c. 59. X. 5. 40. gl. ad h. c. excommunicatio minor appellatur medicinalis. c. 1. in VI⁰. V. 11.

Excommunicatus occultus. Gl. ad c. un. in Clem. V. 17.

Executio

a) processus — non continet actionem rei judicatae juris Romani, qua res in duplum restituitur; sed ad litem finiendam officio judicis, qui imploratur, pertinet, ideoque et processus contumaciae plane alius est, quam in jure Romano.

b) testamenti, est actus ejus, in cujus arbitrium voluntas testatoris posita est, ita ut executor et arbiter heredi quasi aequiparetur.

Executor vel arbiter est vel is, qui mandatum exequitur — vel proprie, qui rem judicatam ducit ad effectum. gl. ad c. 27. X. I. 31.

Executor justitiae, executor gratiae c. 9. in VI⁰. 1. 14. V. justitia. *Rosshirt*, can. Recht p. 967.

Executor literarum apostolicarum, *Ferr.*

Exemplaria. c. 1. X. 2. 22. magni momenti est explicatio glossae hujus capituli. Vid. *Ponsio* antiqu. ad hunc titulum.

Exemtiones: plures corporationes ecclesiasticae jurisdictioni episcopi per indultum papale subtractae et pontifici immediate subjectae sunt. *Phillips*, Commentar. J. E. vol. 5. p. 98. Ejusdem compend. §. 132.

Exemtiones Regularium. *Ferr.*

Exenium — oblatio, tributum.

Exequiae *Ferr.* si testator jusserit, corpus suum sepulturae mandari sine precibus missis, ejus voluntas non est attendenda — sed hoc intelligitur de famulis ecclesiae.

Exercitia spiritualia clericis commendantur.

Exhedrae dicuntur quaedam voltae, quae exterius adhaerent parietibus ecclesiae: gl. ad c. 15. C. XXIII. qu. 2. volta — ornamenti genus, circulus; *du Fresne.*

Exomologesis i. e. poenitentia. *Devoti*, de poenitent. §. 67. sed exomologesis nomen non semper apud patres significat confessionem arcanam, auricularem et sacramentalem, sed frequenter usurpatur pro ultimo illo ritu, seu actu externo, qui totius publicae poenitentiae clausula erat et complementum, ubi nimirum publice poenitentes humi substrati, flentes, atque ingemiscentes se ipsos incusabant, veniam exposcebant, et ecclesiae tandem reconciliari petebant. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 7. c. 16. §. 6.

Exorcista, exorcizare in baptismo. Vid. *Ferr.*

Extravagantes communes et Joannis XXII. Is, qui librum sextum explicuit, simul ad Decretum Gratiani et Decretales respiciebat: eodem modo, ut professor Codicis Justinianei commentariis suis adjecit Pandectarum fragmenta. In *Clementinis* solummodo status, vita mo-

resque Monachorum praescribuntur et novus judiciorum ordo constituitur. *Clemens* ipse saeculari potestate oppressus quaedam revocare studuit, quod attinet ad Constitutionem *Bonefacii* VIII „Clericis Laicos", sed haec forsitan restituta sunt in extravagante communi „quod olim."

Extravagantes vero conservant potestatem ecclesiasticam tam in rebus reservatis Pontifici summo concessis, quam in prohibitâ alienatione rerum ecclesiasticarum in extrav. „Ambitiosae", ita ut vel nostris diebus corpus juris canonici eo modo clausum videatur, quo ipsum est quasi fundamentum juris ecclesiastici recentioris Catholicorum.

Extravagantes in genere sunt omnes constitutiones Pontificis summi, quae corpore authentico collectae non sunt. Scriptura non est de substantia extravagantium, ut Glossatores dicunt, ideoque quaevis constitutio talis more juris canonici probanda est.

Regulae Cancellariae non sunt ducendae extravagantes, cum illae potius talem vim habeant, quam praetoris edictum, ideoque pontifice succedente denuo publicandae sunt.

Mandatum papae gaudet vi constitutionis eodem modo, quo principis Romani rescriptum.

Decisiones Rotae Romanae et Congregationum pro juris veritate in casu singulari habentur.

Notae *Francisci de Pavinis* ad Extravagantium, Regularum Cancellariae et decisionum Rotae notitiam. (Corp. jur. gloss. Venetiis apud Juntas in extravagant.).

Exuviae, v. spolium.

F.

Fabrica ecclesiae:

in genere sunt proventus ecclesiae, qui ad illius reparationem et ad alias res divino cultui appertinentes destinati sunt. c. 9. C. I. qu. 3. c. 1. in fine de privi-

leg. in Extravag. Sed si hoc negligimus et ad omnes proventus ecclesiae spectamus, ipsi in quatuor partes dividebantur, quarum tunc una pars fabricis destinata erat.

Si vero ecclesiae singulorum locorum ab origine propriam et separatam fabricam habuerant, solummodo in tres partes — pro episcopo, pro clericis et pro pauperibus partitio fiebat.

Fabrica — opus vel operatum e. g. fabrica villatica l. 13. Cod. *Theod.* VI, 4. l. 30. XV. 4.

Fabricenses, hydrophilacae, *Bened.* XIV. d. s. dioec. l. IX. c. XIX. nr. 3.

Fabricensis — qui publica arma facit in publicis fabricis et non alibi — et illa tradit primicerio, qui reponat in publicis armamentis. gl. ad c. 12. in VI⁰. V. 11.

Facere

1) potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum, reg. 68. in VI⁰.
2) Quod facit per alium, est perinde ac si faciat per se ipsum, reg. 72. in VI⁰. gl. ad c. 9. C. I. qu. 7. *Rosshirt*, Dogmengeschichte p. 166.

Facies ecclesiae i. e. ministerium ecclesiae coram parocho proprio.

Facinus. Qui autem manifesto facinori desinit obviare, cum potest, consentit. *Gratianus* qu. 3. C. XVII.

Factum notorium i. e. manifestum, quod, si liquet judici, accusari non potest, c. 21. X. II. 24.

Cui opponitur factum occultum; hoc potest accusari, nec ipso jure inquisitioni committitur, sed poenitentiae internae: quod vero attinet ad clerum, episcopo et ejus conscientiae informatae ex Concilio Tridentino relinquitur.

Facultates ecclesiae sunt res ecclesiasticae in sensu latiori etiam spirituales, in sensu strictiori excluduntur res consecratae et benedictae. *Phillips* comp. p. 604.

Faidae quid essent et quomodo paulatim extirpatae, *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 11. c. 11. §. 9. lib. 13. c. 17. §. 6.

Falcidia est triplex: naturae, institutionis et trebellianica; v. *Heredis* institutio.

Falda — vestis summi Pontificis, cujus vocabuli originem ignoramus. *Moroni*, qui scriptores varios citat.

Fama publica existente contra Clericum fornicarium, hic debet se purgare; quod si nolit se purgare, vel deficiat, puniendus est.

Fama tamen sola non sufficit ad condemnandum. *Rosshirt*, jus can. p. 845.

Familiares Papae, Cardinalium, Episcopi etc. *Ferraris.*

Famulus ecclesiae i. e. addictus ecclesiae Romanae.

Fanatici tales dicebantur, qui virtute divina se agitari fingebant. *Paul S. R.* lib. V. tit. 21. §. 1. Qui se Deo plenos adsimulabant, qui futura canunt, secundum *du Fresne.*

Fartorum — fartus in c. 2. in VI^{0}. de sent. et re jud. II. 14. est, uti glossa testatur, genus monetae, *du Fresne* (*Henschel*) tom. III. p. 242.

Explicitus quoque est fartus sub voce „ferto", ferto est quarta pars marcae.

Ferto videtur esse Germanicae originis (Viertel), quarta, quae a clericis testamenta facientibus ecclesiae relinquenda est. *Schmidt*, thesaur. jur. can. tom. III. pag. 355.

Fascinare. Deus Fascinus apud Romanus — contra daemones. *Freiburger Lexicon.* I. 218.

Fascinatio — naturalis, vulgaris. Oscilla contra fascinationem. Alph. a *Ligorio* theol. mor. III. 22.

Febronius: bullae *Clementis* XIII. XIV. *Annal.* jur. pont. livr. 31.

Femina quaedam viginti duos successive habuit maritos, et deinde nupsit viro, qui viginti sepelierat uxores, qui postmodum vincens superstes remansit: et populus Romanus cöegit eundem virum abstinere a lugubri funere et auro coronatum palmâ in manibus tentâ tanquam victorem uxoris cadaver ad tumulum associare jussit.

Feminae dum maritantur, ideo velantur, ut noverint, se semper maritis suis subditas esse humiles.

Unde et quarto digito annulus inseritur, quod in eo

vena quaedam, ut fertur, sanguinis ad cor usque perveniat. c. 7. C. XXX. qu. 5.

Feminae mulieres colorum fucis uti non debent c. 38. dist. 5. de consecr.

Si qua mulier suo proposito utile judicans, ut civili veste utatur, propter hoc, quod civilem habitum imitatur, anathema sit. c. 6. dist. 30.

Fenestrae: quod attinet ad prospectum in ecclesiam — respicientes in monasteria monialium. *Ferrar.*

Feriae — quaevis dies, in qua Deus colitur — appellantur natales, si sanctis dedicatae sunt, in quibus martyrium receperunt. Opus *Bollandistarum.* Videas opus celeberr. chronologiae ab *Idelerio* confectum tom. II. p. 180, qui varias sententias profert. Appellantur dies festivi vel immutabiles vel mutabiles, cf. annum ecclesiae. Decretum *Gratiani* dist. 3. de consecr. *Fontanini* I. p. 146. *Devoti*, Institt. de festorum celebratione. *Bened.* XIV. d. s. d. sub voce festi. Breviarium Romanum.

Feriae legitimae tres, gl. ad c. 1. C. XXII. qu. 5.

Fermentum, de quo scribebat *Innocentius* in epistola ad Decennium et *Siricius* et *Melchiades;* ipsa erat eucharistia. *Thomass.* I. 1. 2. c. 21. nr. 6. 9. 10. 12.

Ferragosto — ferri di Agosto — festum ecclesiae Calendis Augusti — Ferri di S. Pietro. *Ferr.* s. h. v.

Ferto. Ferdo. Fertum. Viertheil. *du Fresne. Rosshirt* jur. can. p. 564.

Ferula i. e. baculus pastoralis episcopi, *du Fresne. J. H. Böhmer* ad c. 63. dist. 50. not. 9.

Festa, festivitates v. statisca et *Ferrar.* bibl.: In capite chronologiae nostrae invenies festa chori et poli — posteriora sunt vel simplicia vel duplicia, et haec majora et minora, tunc quoque semiduplicia. Dies festi principales et mensiles in Oriente.

In Occidente afferantur Adventus, Nativitas Domini, circumcisio Domini, epiphania, dies cineris, passionis palmarum, hebdomadae majoris, coena Domini, parasceve, sabbatus sanctus, pascha, dominica in albis, ro-

gationes, dies ascensionis, pentecoste, trinitas, corpus Christi, Petrus et Paulus — festa Augusti, Septembris, Octobris, Novembris. V. *Breviarium.*

Festa dimidiata, in quibus fideles non obligati sunt ad solenne missae officium, sed ad audiendam missam privatam. *van Espen* jus univ. part. II. sect. 2. t. 2. c. 2. nr. 24. 28.

Fibularum usus in calceis prohibetur clericis. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 11. c. 4. §. 2.

Fidei professionem praestant omnes baptizandi, clerici ex SCto Trid. et monachi.

Fides, quod ex fide non est, peccatum est. c. 14. §. 1. C. XXVIII. qu. 1. c. 44. §. 2. dist. 2. de poenit. c. 5 et 20. X. de praescript. II. 26.

Fides actualis non justificat hominem, quasi is, qui credit se esse justificatum, per hoc justificetur: haec est fides formalis, materialis (habitualis) est cum charitate, sed talis fides est radix et initium omnis justificationis. Conc. Trident. Sess. 6. can. 6. 8. 9.

Fides vera habetur sine charitate, sed non vera fidei virtus. gl ad c. 31. dist. 4. de consecr. haec enim est fides formata. Ex hujus rei notione descendebat controversia celeberrima justificationis christianae. *Paulus* ad Corinth I. 13. vers. 1—13. Vid. doctrina de spe et charitate. Charitas est virtus theologica divinitus infusa, unde descendit dilectio. Epistola Episcopi Spirensis 1861 de fide, 1862 de spe, — et uti verisimile est 1863 de charitate. Discordia est dissensio voluntatum circa bonum, quod ex charitate amare debemus.

Filiastra i. e. privigna (Stieftochter).

Filioque inprimis respice *Rupprecht:* notae histor. ad tit. I. (t. I. p. 144).

Verba symboli catholici

„et in spiritum sanctum Dominum et vivificantem,
qui ex patre filioque procedit",

non recipit ecclesia graeca, quia vox filioque in sacris literis non reperitur. *Joann.* 15. 26.

Negandum non est, spiritum veritatis semper sem-

perque ex patre proficisci; cum autem Macedonianorum haeresis affirmaret, spiritum re vera a filio esse rélictum, necesse fuit simul pronunciari

„qui ex patre filioque procedit."

Conc. Constantinop. II. Der Katholik 1858. August. Zweite Hälfte. c. 1. X. I. 1.

Ecclesiae graecae inest quodammodo principium negantivum et protestanticum, negando concilia oecumenica et recurrendo ad interpretationem subjectivo — grammaticam.

Sed si res recte ex historia dogmatum objectiva intelligitur, necesse non est liturgiam ecclesiae graecae unitae mutari ideoque uniti non tenentur in symbolo pronunciare, a patre filioque, quia ipsis concessa est eorum liturgia originaria — quamquam dogma ipsum ecclesiae catholicae credere debent. *Bened.* XIV. in bulla „etsi pastoralis". Bullar. *Benedict.* I p. 57. Const. *Bened.* „Allatae."

Filioque — cf. glossam ad c. un. in VI⁰. I. „Doctores Graecorum et Latinorum."

Finitum — quando dicitur esse negotium finitum quocumque modo, puta sententia vel transactione. gl. ad c. 2 in VI⁰. I. 22. inde exceptiones litis ingressum impedientes.

Flabellum — flabrum, est instrumentum: suppellex sacra, qua utitur P. S. in certis festificationibus. *Moroni* s. v. flabello.

Flammeum nuptiale — velamen coeleste, quod purpureum erat teste *Ambrosio* lib. de virg. c. 15. in signum pudoris super sponsum et sponsam extensum. *Marten.* de antiqu. eccl. rit. p. 2. c. 9. art. 9 Cf. c. 3. C. XXX. qu. 5.

Quod non habet, qui ad secundas nuptias transit, eo modo, quia benedictione vel non indiget vel non utitur.

Florenus — moneta aurea Florentinorum, inde floreni pontificii, Rhenenses, Rhenani etc. *du Fresne.* de florenis argenteis et Germaniae in corpore juris non agitur: in cap. un. extravag. comm. de florenis florentinis sermo est.

Fodrum — albergariae, regium etc. praestationes medii aevi, ad quas possessor praediorum obligatus crat, *du Fresne* editio prior, sed minime in editione *Henschelii*. V. c. 23. X. de jure patron. III. 38. ubi glossa habet: „fodrum est collecta, quam imponebant patroni ecclesiis, et est vulgare Lombardorum.“

Fodrum in sensu generali — est obligatio juris. Vid. in cod. diplom. dominii temporalis *S. Sedis* ed. *Theiner*. 1861. p. 61. tom. I.

Fontanini — celeberrimus editor Decreti a Turrecremata compositi — sub inscriptione „Nova ordinatio.“ Ueber Turrecremata und Fontainni. *Rosshirt*, Gratianus und scin Decret. §. 9.

Fontes juris positivi, quoad pertinent ad ecclesiam. Dist. 7. — Moyses et duodecim Romanorum tabulae: jus mosaicum et romanum. Canonistae inprimis allegant jus mosaicum tanquam res conscientiae et fori interni: vivebant jure romano in foro civili externo. Inde descendit discrimen inter mores ct leges et quaestio de vera libertate et justa aequalitate. *Döllinger*, Christenthum und Kirche in der Zeit der Entstehung. pag. 149. 408.

Fontes juris ecclesiastici in specie et quidem constitutiones recentiores pontificum, collecti in celeberr. opere *Phillipsii* compend. jur. eccles. in singulis doctrinis eccles. — et in indice biographico summorum Pontificum apud *Ferrar*. ed. *Casin*.

Foresta est locus, in quo ferae includuntur et habet quis usum venandi. gl. ad c. 6. X. III. 34.

Forisfactum. In duobus fragmentis haec significatio occurrit. c. 13. X. de praescript. III. 26. c. 27. X. de privileg. V. 33.

Foris facere — quasi facere foris i. e. contra rationem.

Forisfactum exactio haud debita et contra jus percepta — delictum.

Fortisfacta — vorisvactura — multae et emendae, quarum mentionem prior Decretalium locus exhibet,

qui de juribus ad Romanam ecclesiam spectantibus verba facit et centenariam praescriptionem desiderat.

Formatae literae erant epistolae commendatoriae, communicatoriae, dimissoriae, interdum pacificae. Can. Apost. 34. apud Cotelerium et *Drey* de constitut. apost. Liber diurnus. *de Rozière,* Recueil général des Formules p. 909. *Devoti,* de chorepisc. §. 50. Epistolae dimissoriales juxta statuta Nicaeni Concilii olim formatas habebant, interpositis graecis literis, ne de facili corrumperentur c. 1. 2. dist. 73. Notae *J. H. Böhmeri* ad h. l.

Formosus pontifex maximus annorum 891—895. Celeberrima ejus fata.

Eodem fere tempore Decretales Pseudoisidorianae in usu fuerunt. Ex hisce decretalibus homines docti tunc temporis probarunt ea tanquam recta, quae ad electionem Formosi, qui jam erat episcopus et ideo transferendus, spectabant.

Aemil. *Richter* dissertationem conscripsit

1) de Formoso nil novi afferentem,

2) de poenitentiaribus ad D. *Wasserschleben.*

Sed primum caput, quod ad Formosum spectat, erat programma universitatis Marburgensis et orbi literario non communicatum, nobisque incognitum erat. Haec contra *Richterum* in ejus compend. ed. 5. p. 77.

Fornicatio spiritualis. Idololatria, quam sequuntur infideles et quaelibet noxia superstitio c. 5. C. XXVIII. qu. 1. ideoque divortii locus est. c. 6. X. IV. 19. not. *J. H. Böhmeri* 20.

Fornicator clericus, qui admonitionem non audit, vitiator est et suspenditur. gl. ad c. 4. X. III. 2.

Fossa — fossarii — laborantes. Fossa est sepulcrum. Fossarii ii dicebantur, qui de humandis fidelium corporibus satagabant. Eos habent Epiphanius et Hieronymus inter clericos. *Thomass.* I. lib. 2. c. 103. nr. 16. Fossa — sepulcrum. Clem. 1. III. 7.

Franchitiae i. e. immunitates — non possunt nec debent

reduci — franchitiae clericorum, episcoporum. v. *Ferr.* (ed. *Casin.*)

Franciscani: scitu dignum, quod tempore nascentis Religionis Seraphici *S. Francisci*, tres ab eodem emanarunt distincti ordines; quorum alter fuit Masculorum, qui omnia profitentur substantialia religionis cujuslibet, et iste est strictissimus et institutus anno 1208. Alter fuit Mulierum anno 1212; institutus sub *S. Clara,* tertius denique fuit Poenitentium, qui nuncupatur tertius ordo, institutus 1221 et est masculis et feminis communis. Clem. 3. V. 10.

Frater papae est episcopus. Alii vel clerici vel laici appellantur filii. Cognomen „dilectissimus" pertinet et ad fratres et ad filios.

Fratres minores — an possint habere aliquid proprii? c. 3. in VI⁰. V. 12.

Fratrissa — uxor fratris, quae quoque appellatur janitrix. c. 5. C. XXXV. qu. 5.

Fucatus — executiones fucatae i. e. quasi tinctae et coloratae: gl. ad clem. 1. V. 10.

Fucus — quando peccatum sit, fuco faciem pingere. *Benedict.* XIV. d. s. d. lib. 11. c. 12. §. 1.

Fugitivus a religione est apostata, peccat contra fidem religionis.

Fulminare et proferre excommunicationem. c. 1. in VI⁰ V. 11.

Funeralia c. 1. extrav. comm. de privil.

Funiculus, qui fidem fallit triplicem, excommunicationem subit. gl. ad c. 1. X. I. 33.

Funiculus: mensura quaedam, qua dividebatur hereditas. post f u n u s defuncti. c. 5. C. XII. qu. 1.

Furtum committit, qui inventum non reddit. c. 6. 8. C XIV. qu. 2.

G.

Gabaonitae — in servitutem deducti. c. 23. C. XXII. qu. 4.

Gabella, guidagium, pedagium — tributum.

Gageria, c. 1. X. de feudis III. 20. c. 1. X., de pignoribus III. 21.

Gageria idem est, quod vadium, gadium, gage. Jure Germanico non ita oppositum sibi videtur jus in re et jus obligationis. In jure Romano pignus erat jus in re — distrahendi rem pignoratam, et corpus obligatum vindicandi ab alio. Germanis vero erat gageria vel vadium non solum pignus, sed etiam — fidejussio. Cfas. *Gauppium* in ephemeridd. Heidelbergenss. anni 1858.

Gageria vel vadium — dividebatur in vivum et mortuum. Vadium vivum quasi idem est, quod hypotheca — quia res creditori non solummodo ex proventibus tenetur, sed inprimis ex substantia ipsa. Vadium mortuum creditori tenetur ita, ut fructus omnes fiant creditoris quasi domini sine computo debitori faciendo, donec res vadiata constituto tempore redimatur.

Latinitas medii aevi sub hypotheca comprehendit apothecam seu pothecam, i. e. locum, ubi merces aliaeve res asservantur, (boutique).

Galea — naves vel longae vel rostratae, *du Fresne* et c. 6. X. de Judaeis V. 6. c. 2. in VI⁰. de sent. II. 14.

Gallerus Cardinalitius.

Gallia purpurata — historia Cardinalium nationis Gallicae. *Freiburger Lexicon.* I. 595.

Galliae tres sunt: bracata, togata et comata.

Hujus rei immemor est *du Fresne.*

Bracata Gallia dicta est ea Galliae pars, quae postea Narbonensis est appellata, cujus populi braccis utebantur, eoque nomine a togata et comata distinguebatur. Comata Gallia et omnis Gallia transalpina, quae in Belgicum, Celticam et Aquitanicam dividebatur, quia ejus populi comam non tondebant, sed omni aetate nutriebant. Togata denique dicta est ea Galliae pars, quae togis Romano more utebatur, nempe Cisalpinae pars Cispadana a Placentia ad Anconam usque. *Forcellini* s. v. bracata, togata, comata et Gallia. gl. ad c. 3. C. XXV. qu. 2.

Garciones — garçons — famuli — meretricum sectatores, gamis. c. 11. X. de sepult. III. 28. *du Fresne*, qui hunc locum non citat.

Garenae — saltus — vivaria, gl. ad Clem. 1. III. 10.

Gazari — Cathari, haeretici Valdensium — sectatores. c. 8. X. de haeret. V. 7.

Gazophylacium — arca, in qua reponebantur eroganda pauperibus. *du Fresne*.

Duplex gazophylacium erat, alterum intra et alterum extra ecclesiam: utrumque describit *Bingham* orig. eccl. lib. 8. c. 6. §. 22 (Halae Magd. tom. III. p. 248) in ecclesiis singulis expositum ad colligendas eleemosynas. *Benedict.* XIV. d. s. d. lib. 5. c. 8. §. 3. 4.

Generatianismus — luxus naturae est propositio damnata.

Geographia sacra.

a) Fontes. *Carolus a S. Paulo* edid. Holstenius 1666. et postea Amstelodami 1711.

Turrecremata in indice Decreti novae ordinationis.
Thomassinus in Ind. geographico.
Craccas.

b) Geographia sacra antiquorum temporum.

I. Patriarchatus Romanus in Italia, in Illyrico Occidentali (Austria), in Gallia; videas provincias et civitates Galliae apud *S. Paulo* p. 129 seq. in Hispania, in Illyrico orientali, in Dacia antiqua, in Africa, in Magna Brittania.

II. Patriarchatus Constantinopolitanus.
III. „ Alexandrinus.
IV. „ Antiochenus.
V. „ Hierosolymitanus.

Provincias et urbes episcopales, quae in VII seculis prioribus constitutae erant, recenset *Carol. a St. Paulo* p. 304—325.

c) Geographia sacra medii aevi. *Turrecremata. Thomass.*

d) Nostrae aetatis, *Craccas.* Videas quoque episcopatus Italiae in ephem. Colon. Beilage Nr. 16.

Geomantia — ars e terra vaticinandi a graeco γῆ terra et μαντεία, vaticinatio. c. 1. C. XXVI. qu. 3. 4., est vel

naturalis eorum — qui aquam quaerunt (Wassergucker in Schwaben), vel superstitiosa.

Gerontocomia, loca hospitibus destinata. *Devoti* de hospital. §. 2.

Ubi senes et valetudinarii et propter senectutem solam infirmi homines curantur. gl. ad c. 23. C. XXIII. qu. 8.

Gerulum dicitur id, quod aptum est ad portandum sine gravitate ponderis. gl. ad c. 22. C. XXIII. qu. 8.

Gieziaca cupiditas. Giezi seu Gue'hasi servus prophetae pecuniam accipiens pro cura leprae. cfas. *Bernardi Pap.* summa V. 2. §. 1.

Vitiare contractum initum, dicitur Giezia.
Giezita — alter Giezi.
Gieziota — Giezi discipulus et imitator.
Gieziaca cupiditas.
c. 10. C. II. qu. 1.

Moreri le grand dictionaire s. h. v. et s v. *Naaman.*

Globus v. libri prohibiti.

Glossae Decreti, gravissimi momenti sunt et nostris temporibus non satis perspectae:

a) in formalibus, quia Decretum est compendium *Gratiani*, et glossae sunt quasi duces dictorum *Gratiani* aperientes eorum nexum et singularem partium constructionem,

b) in materialibus, quia glossatores explicarunt non pauca ex historia hebraica et ex rebus Romanis.

Glossae Decretalium. Eodem fere tempore conscriptae sunt, quo decretales ipsae emanarunt, ideoque quasi testes et documenta sunt mentis et sententiae legis.

In celeberrima illa editione, quae MDCXV Venetiis apud Juntas prodiit — et in aliis quoque confectus est glossarum index, sed cum in illa, tum in aliis editionibus maxima reperiuntur menda, quae ab auctore hujus libelli investigata sunt. Sufficit doctos homines admonere, glossas juris canonici majoris momenti esse, quam glossas juris civilis.

Golliardi — histriones, joculatores, bufones — vulgare

Gallicorum. *du Fresne.* non debent fieri clerici. c. unic. in VI⁰. III. 1. glossa ad h. l.

Giesebrecht (Kieler allgem. Monatsschrift 1853, S. 20 ff.)

Graeci eo tendunt, in concilio Nicaeno „filioque" non esse symbolo introductum et in Concilio Ephesino esse vetitum, ne venientibus ex paganismo, Judaismo aut ab haeresi alia proponeretur fidei professio praeter Nicaenam. Sed videas filioque.

Dividuntur in Graecos unitos et non unitos. *Bened.* XIV. in constit. Allatae. Exstiterunt Graeci in Italia, quia illis paruerunt olim Apulia et Calabria, c. 9. 11. X. de tempor. ordinat. I. 11. c. 23. X. de decimis III. 30. c. 6. X. de bapt. III. 42.

Graecis-Italis synaxarium, officium Gregorii Palamae interdictum. *Benedict.* XIV. d. s. d. (ed. *Mog.*) I. p. 415. *Ferrar.* s. voce: Graeci.

Graeci tres ordines habent presbyteratus, diaconatus, lectoratus. Latini septem.

Graecis monachis vel Calogetis non est committenda cura animarum, nisi in magna necessitate vel justa causa. *Brancati* p. 294.

Grangiae — granaria, in quibus reponuntur grana frumenti, (Klosterhöfe.) *du Fresne. Freiburger Lexicon.*

Gratia est donum Dei gratis homini concessum ex meritis Christi, reddens hominem Deo gratum vel capacem eliciendi opera ad finem ultimum supernaturalem conducentia. De qua re sectarum studiosi inter se disceptarunt.

Gratiosum rescriptum: e regula ad beneplacitum concedentis durat. *Ferr.*

Grátiani Decretum.

a) Difficilis videtur hujus collectionis ordinatio: de laicis quoque sermo est, eorumque obligationibus, inprimis de monachis et laicis fundatoribus.

b) Quidquid in ipso continetur, tantum auctoritatis habet, quantum ex se habuisset, si nunquam in Gratiani collectionem insertum fuisset *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 7. c. 15. §. 6.

Gremiale, pannus sericus, qui episcopi sacra facientis, cum sedet, gremio aptatur. Cerem. Episcop. lib. 1. c. 11.

Guardia — custodia. Guardianus — custos, tutor c. 13. in VI⁰. de elect. I. 7. *du Fresne.*

Guidagagia — pedagia — salinaria sunt census medii aevi. c. 26. X. de V. S. V. 50. *du Fresne.*

Gunebodigni — Pithoeus narrat, fuisse eos Gundobada lege viventes. ex veter. Longob. Codd. sunt Burgundiones — Glossatoribus non cogniti. *J. H. Böhmer* ad c. 14. C. XXII. qu. 5.; ex *Böhmero* hoc recepit *Richter* in ed. corp. jur.

H.

Habitus — varias habet significationes.

Habere est jus possidendi, cum alius ejus usum, cui concessum est, tenet.

Ita jus parochiae pertinet alteri ad habitum, alteri ad usum vel actum:

Patronatus est vel habitualis vel actualis. Infideles et haeretici, si aedes ecclesiasticas construunt, nullum sibi comparant jus patronatus neque habitu neque actu; excommunicatus habitu patronus efficitur, non autem actu, nimirum exercitium non habebit juris patronatus ante censurae absolutionem. Fagnanus in c. 25. X. de jure patron. nr. 12 seq.

Habitus quoad statum monachalem,

a) habitus probationis i. e. novitiorum,

b) habitus professionis i. e. professorum. c. 23. X. III. 31. gl. ad h. l.

Habitus. *Bernard. Pap.* in dissert. de matrimonio ed. *Laspeyres* p. 290. et *Kunstmann* in *Moyii* Arch.

Haeresis: *Rosshirt,* jus can. p. 177.

Haereticus. Decretum Gratiani causa XXIV. inprimis quaest. III. X. V. 7. 8. in VI⁰. V, 2. 3. Clem. V. 3. Extravag. Comm. V, 3. can. 29. C. XXIV. qu. 3. (*Augustinus* contra Manichaeos). *Fontanini* pag. 727 ff.

(sectae haereticorum ex lib. 7 Etymologiarum c. 5), can. 39. 40. C. XXIV. qu. 3.

Apostolus Corinth. I. c. 11. v. 19. ait: oportet haereses esse, ut probati manifesti sint. Hi autem Deo probati sunt, qui bene possunt docere, sed manifesti hominibus esse non possunt, nisi cum docent. *Moroni* in quavis litera dictionarii.

Haeretici Catafrigi, qui sine materia et forma ordinant. c. 1. 24. 25. C. I. qu. 7.

Haeretici Novatiani, qui non ordinant in forma. c. 8. eodem.

Hagiographia — descriptio vitae sanctorum.

Hebdomada — septem dies totius septimanae, dies hebdomadalis, opponitur dominico. presbyteri hebdomatarii sunt canonici. *Ferraris* ex ind. rituum. vide initium scripturae. vide *du Fresne*.

Ideler in ejus chronologia t. II.

Heptateuchum — interdum a Latinis vocatur heptaticum. c. 5. dist. 16.

Ab hepta, quod est septem cum voce volumen. gl. ad c. 13. C. VII. qu. 1.

Heredis institutio. Heres non est honoratus, sed simul est oneratus — praecipue ob falcidiam: v. falcidia.

Falcidia est triplex — una est debita jure naturae, quae competit legitimo heredi: alia est debita jure institutionis, quam potest jure heres institutus petere, cum tota hereditas est exhausta, et ita duas potest hodie habere filius institutus. tertia, quae dicitur quarta Trebellianica et competit heredi instituto, qui rogatus est hereditatem alteri restituere. X. Raynaldus. Raynutius. gl. ad c. 5. dist. 2.

Hierarchia. Ex ipsius notione bene cognitâ derivatur natura ipsa ecclesiae Catholicae. Hierarchis vel Clericis, quibus datum est regimen et ministerium sacramentale a Deo constitutum, conceditur munus, quod ecclesiam repraesentat. Officiis singulis ecclesiasticis neutiquam perficitur ecclesia, sed ex hierarchia descendunt officia et beneficia. Dependent illa a cleri-

corum ordine quasi inde consecutura. Quo modo maximum discrimen fit inter rem Catholicam et Protestanticam, quae solummodo ad singula officia spectat. V. *Clericus.*

Hierarchia et principatus. Non frustra sint instituta potestas regis et cognitoris jus: ungulae carnificis, arma militis, disciplina dominantis, severitas etiam boni patris: habeant omnia ista modos suos, causas, rationes, utilitates: haec cum timentur, et mali coercentur et boni quietius inter malos vivunt. c. 18. C. XXIII. qu. 5.

Res autem humanae aliter tutae esse non possunt, nisi, quae ad divinam confessionem pertinent, regia et sacerdotalis defendit auctoritas. c. 21. 24. 24. 25 eod. In dist. 96. definitum est, ne principes negotiis ecclesiasticis se intromittant, ne conventui synodali intersint, ne pontificum jura usurpent, ne ecclesiae praesint.

Hierarchia est vel ordinis vel jurisdictionis. non exsistunt tres classes hierarchiae: magisterii, ordinis et jurisdictionis. v. *Thomas* ab *Aquin.* (Vid. artic. subsequentem „hierarchia clericorum"), tum vero *Thomas* ab *Aquino* in *Devoti* institt. — et Concilium Tridentinum apud eundem.

Plenitudo ordinis est penes presbyterum magnum vel episcopum, sed non habet episcopus majorem ordinem quam presbyter, is vero non habet plenitudinem. *Döllinger,* Die Grundlegung. Jurisdictionem exercet ordinarius i. e. episcopus vel tanquam delegatus papae, et fieri potest, ut delegatio etiam ad laicum dispensationis modo deferatur: Et non solum haec duplex hierarchia competit pontifici, sed etiam magisterium i. e. jurisdictio summa in jure dogmatico, neque misceri potest cum jure docendi vel erudiendi, quod permittitur omnibus clericis.

Quae conditiones neutiquam ex nostro solum judicio elaboratae sunt, et quasi novae et forsitan haereticae exstant, sed jam uti supra allatum est, a prioribus scriptoribus vere catholicis receptae et probatae erant. Cum autem *Phillips* et *Walter* triplicem statum expo-

suerint — magisterii, ordinis et jurisdictionis, a nobis jam ante decennium de hac re contra illos disputatum est, quod denique ex nostris scholis in archivium celeberrimi *Moy* vol. I. reductum fuit; Videre velis sententiam nostram propositam jam in annalibus Heidelbergensibus anni 1853. nr. 52. Sed hic alter scriptor in archivio celeberrimi *Moyi* non recte docuit, magisterium illud ad ordinem vel etiam plenitudinem ordinis pertinere — competit potius jurisdictioni summae atque arbitrio Pontificis summi.

Hierarchia pontificis summi. Pontifex Maximus est Doctor ex cathedra: docendi enim munus duplex est, clericorum in genere et in specie pontificis summi, in quo est summa potestas et jurisdictio. Si laici ad docendum admittuntur, ipsis non committitur tanquam officium, sed tanquam indultum. Primis temporibus quidem laici vel ad praedicandum vocabantur, donec haec potestas diaconis, presbyteris et episcopis reservaretur. *Kober*, diss. de suspensione p. 57.

Hierarchia Clericorum.

Thom. ab *Aquino* doctrinam suam in duobus locis accuratissime exhibet:

Summa p. 2. 2. secunda secundae qu. 39. art. 3.; p. 3. qu. 63. art. 2.

Ubi tradit, ordinis vel sacramentalem potestatem semper remanere in homine, qui per consecrationem eam est adeptus, quamdiu vivit, sive in schisma sive in haeresin labatur — quocum consentit Cod. civil. Austriac. §. 63.

Sed potestas jurisdictionis, quae ex simplici injunctione hominis confertur, non immobiliter adhaeret.

Inde officium docendi, quod clericis conceditur, tunc ex jurisdictione derivandum est, itaque si est clericus proprius. Qua ratione officium doctoris privati non solum ab ordine, sed etiam a jurisdictione pendet, qualem non habet laicus.

Si in hoc argumento quaedam deficerent, haec *Thomae*

sententia quam maxime probanda esset in enucleata doctrina potestatis in angelos, quae consistit in hierarchia regiminis et ordinis. part. 1. qu. 108. ab aliis scriptoribus ignorata.

Hierarchiae certamen. Contra hierarchiam neutiquam valet neque jus majestaticum in sacra, neque jus circa sacra, et id jus, quod apud Gallos et Germanos receptum est sub nomine „souverainité, Landes- und Staatshoheit“ est usurpatio contra jus receptum ecclesiae catholicae.

Forsan aliud jus est — jus inspiciendi et si variae confessiones exstant — cavendi. v. *Hierusalem.*

Hierusalem — vidi descendentem de coelo, quia Hierusalem terrestris, hoc est ecclesia militans, exemplificata est et formata adinstar coelestis Hierusalem, quae sursum est, quae est mater nostra, videlicet ecclesiae triumphantis. gl. ad c. 1. extrav. comm. lib. V. tit. 9.

Historia ecclesiastica. Etsi de originibus historiae ecclesiasticae paucissima in Decreto reperiuntur, exceptis sectis haereticorum, historiae tamen ecclesiasticae quasi liber auxiliaris merito habetur. Contra autem juris canonici fundamentum in Decreto positum est, nec Juris Consulti recentiores bene agunt, si solummodo libros Decretalium tanquam fontes citant.

Homagium i. e. sacramentum fidelitatis, quod pro aliquo spirituali facere quis non debet, nam istud est simoniacum — solummodo juramentum de obedientia. gl. ad c. 10. X. V. 51.

Homiliarius, liber, in quo homiliae in textu designatae collectae sunt, diebus dominicis aliisque festis legendae.

Ecclesia Catholica ita omnia, quae continentur in sacris libris, distribuit in singulos dies dominicos et festivos.

Homines proprii: eorum status est impedimentum personae dirimens matrimonium.

Hominium fiebat homine manus suas inferente. Illud episcopi praestabant regibus, cum investiebantur. Primus

illud prohibuit *Gregorius* VII., *Paschalis* II. — (*Thomass.* II. lib. 2. c. 49. nr. 1. 2. 3.)

Honestas publica est impedimentum matrimonii — propinqnitas jure ecclesiastico oriens, neque naturalis neque legitima ex sponsalibus aut ex matrimonio, sed propria neque aliis matrimonii impedimentis inhaerens. *Ferrar.* imped. matr. art. 2.

Honor divitiis est praeferendus. gl. ad c. 3. extrav. *Joannis* XXII. tit. 14.

Horae clericorum: omnes horae dici possunt mane, excepto completorio. gl. ad c. 1. X. III. 41.

Horae septenario numero. gl. ad c. 1. X. III. 41.

Sicut septem dona spiritus sancti, septem dies saeculi, septem aetates, quibus completis finietur mundus, septem petitiones in oratione dominica, septem diaconi, septem candelabra.

Hosanna. Alleluia. Amen. Voces hebraicae, quas ecclesia Graeca et Latina retinet ob vim, quae in his vocibus inest.

Hospitale dicitur ab hospitibus, qui ibi gratis excipiuntur: est significatio generalis.

Humilitas.

Gl. ad clem. 1. III, 11.

Hungariae Rex. Ejus jura et obligationes. Hungariae ecclesia et dioeceses. c. 4. X. de postul. praelat. I. 5. c. 4. X. de elect. I. 6.

Archiepiscopi Strigoniensis et Colocensis, eorum transacta a. P. S. non confirmata. Primatus Strigoniensis. *Thomass.* I. lib. 1. c. 37. nr. 4.

Monumenta Hungariae ab *Augustino Theinero* edita Rom. 1859, quae inscribuntur Vetera Monumenta Hungariam sacram illustrantia maximam partem nondum edita ex tabulariis Vaticanis deprompta etc. Romae typis vaticanis 1859. II. vel. De quo libro videas „correspondance de Rome 1861. nr. 139", v. *Polonia.*

Hydra est serpens aquaticus dictus ab hydor, idest aqua, cui secundum fabulas uno capite abcisso plura nascebantur: eodem modo secundum sensum autem

moralem unum male gestum plura mala generat. etc. gl. ad c. 1. extravag. comm. de privileg. V. 7.

Hydromantia.

c. 1. C. XXVI. qu. 3. 4.
c. 14. C. XXVI. qu. 5.

Hydrophylacae sunt aquarii: signandi erant imperatoris stigmate in singulis manibus. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 9. c. 14. §. 3.

Hydrophylaces — custodes aquarum. gl. ad c. 12. in VI⁰. V. 11.

Hyemantes — qui delinquunt in rebus venereis contra naturam. *Devoti*, titulus de delictis venereis. §. 9. not. 1.

Hymni sunt cantica laudis, sicut threni cantica lamentationis. gl. ad clem. un. III. 16. cf. psalmi — antiphonaria etc. poesis christiana, lingua canonica.

Proprie nominantur et psalmi — hymni.
Hymnus angelicus — Gloria in excelsis Deo.
Hymni ambrosiani — Te Deum laudamus.
Hymnus S. Trinitatis — *τρισάγιον*.

Hymnaria — libri hymnos continentes, v. psalterium. Sunt enim varii libri liturgici:

a) sacramentarium,
b) lectionarium,
c) antiphonarium,
d) baptisterium,
e) computus,
f) poenitentiale,
g) psalterium,
h) homiliarius.

V. liturgia.

Hyperberetaeus i. e. quintus decimus dies mensis Octobris a Graecis ita nominatus. adnot. (*J. H. Böhmeri* corp. jur. can. pag. 44) ex Corrector. Rom. ad c. 4. dist. 18., quam legere velis.

Hypocritae — hypocrisis est simulatio. *Gratianus* ad c. 43. 44. dist. 2. de poenitent.

Hypostasis est persona — substantia intellectiva. gl. ad clem. 1. I. 1.

Hypsistarii — coelicolae, qui circumcisionem cum baptismo conjungebant. *Devoti*, de apost. §. 2. (Institt.)

Hyrcius est cognomen.

c. 3. §. 40. dist. 15.

Hoc vocabulum ideo tantum adductum est, ut lectores cognoscant, in hoc opere nomina et cognomina hominum non esse allata.

Exsistunt alia commentaria e. g. *Moreri*, *Zedler*, atque etiam collectiones juris canonici e. g. *Fontanini*, *Thomassini*, glossarum; sed nostrum opus est index rerum, neque vero personarum, quarum mentio in fontibus juris canonici non raro facta est.

I.

Jacobus, qui videbatur columna ecclesiae, contentus erat Hierosolymis — Petri uni universitatem cedens. *S. Bernardus* ad *Eugenium* de considerat. lib. 2. c. 8.

Ichnographia i. e. delineatio. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 11. c. 2. §. 16.

Iconoclastarum haeresis. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 4. c. 7. §. 6.

Idioma i. e. lingua vernacula. Reg. Can. art. XX.

Idololatria — quae gravi censura primis ecclesiae saeculis punita est.

Bened. XIV. d. s. d. lib. 10. c. 1. §. 6.

Bona rer. liturg. lib. 1. c. 17. nr. 1.

Idoneitas major — magis idoneus in concursu. *Bened.* XIV. d. s. dioec. lib. IV. C. VIII. nr. 5.

Jehu. In Decreto Gratiani plurimae res exhibentur historiae hebraicae — et nomina Juris Consultis non raro incognita. Glossatores autem omnia protulere quasi omnibus cognita. e. g. duo sunt vocabula: Jehu. *Moreri*

s. h. v., sed videas gloss. ad c. 13. c. XXII. qu. 2 et c. 21. eod.

Jejunium generale et magnum est, non a cibis, sed ab iniquitate abstinere. c. 25. dist. 5. de consecr.

Jejunium frangens aegrotus non peccat. c. 4. X. de reg. jur.

Cfas. *Fontanini* tom. I. p. 151—159.

(Irridet Horatius appetitum ciborum, qui consumti relinquant poenitentiam, epist. II. 1. v. 55.) c. 30. dist. 5. de consecr.

Doctrina jejunii plane tota reperitur in dist. 5. de consecr.

Jerusalem — Concilium — *Döllinger,* die Grundlegung. S. 294.

Jesuitae — earum ordo suppressus ab *Urbano* VIII. in bulla „pastoralis". anal. jur. pont. 13 livr. p. 2022.

Ignatius patriarcha Constantinopolitanus restitutus contra Photium in concilio octavo Constantinopolitano. c. 2. dist. 63.

Sed in hac distinctione nonnulla occurrunt, quae videntur spuria. e. g. c. 23.

Illiterati et corpore vitiati non promoventur ad Clerum. c. 1. dist. 36.

Illusiones — genus multiplex, c. 1. 2. 3. dist 6. naturae superfluitas. peccatum mentis. jus naturae.

Imagines sanctorum, c. 27. dist. 3. de consecrat. Latria, qua Christum veneramur, dulia mundum — hyperdulia genetricis matrem. gl. ad h. l., v. adorare.

Imbussulare — imbossolare est vox italica — eligere, concedere, etc. *du Fresne.* et *Ferraris* ed. *Casinens.* dos. p. 1257.

Immunditia — gula — luxuria, apud *Ferraris.*

Immunitas

a) Decretum Gratiani, vid. *Fontanini* p. 159—170.

b) Decretales III. 46.
in VI°. III. 23.
Clem. III. 17.
Extravag. Comm. III. 13.

Immunitas est,

1) **personalis** — clericorum: si enim tenentur solummodo jurisdictione ecclesiasticâ,
2) **realis** — quod attinet ad bona ecclesiae et bona clericorum. *Devoti*, institt. (ed. Gand.) I. p. 97. 826.
3) **localis** ecclesiarum simul cum asylo.
   a) Ut in ecclesia profani actus non exerceantur,
   b) jus asyli in specie — nunc exoletum. *Devoti*, institt. I. p. 623 seq.

Poenae ecclesiasticae — illis imponuntur, qui violant immunitatem ecclesiae.

Impeccabilis — Dei potentiâ absolutâ reddi posse aliquem impeccabilem — et hoc privilegium gloriosae virgini Mariae datum esse divinitus — minime sanctis. gl. ad clem. 3. V. 3.

Impediens aliquem a consecutione boni, ad quod habet jus quaesitum in re vel ad rem, graviter peccat contra justitiam et tenetur ad restitutionem. *Ferrar.*

Impedimenta matrimonii. V. Sponsalia.

Impedimentum matrimonii deficiente consensu parentum ex jure Gallico. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 9. c. 11. §. 5.

Imperator ante coronationem non utitur aurea bulla, sed sigillo. *Ferr.* breve, bulla. clem. c. un. II. 9.; idem fere valet apud pontificem ante coronationem, v. **bulla** in nostro opere.

Incantatio, V. *Brancati* epitome canonum s. h. v.

Incardinari est: addici alicui ecclesiae tanquam proprium sacerdotem, vel presbyterum vel diaconum — est autem incardinationis, commendationis et ordinationis non parva affinitas, earumque discrimina ex historia declaranda. V. *Cardinalis.* Lib. diurn. pag. 76.

Incensatio — *Ferrar.* ind. rituum. incensare, thure adolere. *du Fresne.* Caeremoniale Episcoporum, lib. 1. c. 23. aliisque locis.

Incestae habentur virgines, quae post consecrationem nubunt. c. 9. dist. 27.

Incompositio corporis i. e. defectus in incestu (Haltung) — ut Augustinus ait epistol. 100. ad monachas — inaequalitatem indicat mentis.

In ingressu et gravitate itineris (Gang) mentis maturitatem ostendit homo. *Gratianus* ad c. 8. dist. 41.

Inconstantia dictorum et factorum non semper est peccatum.
c. 9. 10. 12. C. XXII. qu. 4.
c. 67. 68. dist. 1. de poenitent.

Incorporatio neque est unio, neque jus patronatus: Ita distinguitur, utrum ecclesia subjicitur in spiritualibus et temporalibus corpori ecclesiastico, quae appellatur utroque juré subjecta. c. 21. X. de privil. V. 33, an solummodo in temporalibus, itaque non pleno jure.
In priori casu corpus vel corporatio est vel pastor primitivus et exemtus a lege dioecesana — vel constituitur vicarius perpetuus consentiente episcopo. c. 3. §. 2. et c. 31. X. eod.
• Concil. Trid. sess. 25. de regularibus c. 11.

Incorrigibilis: requiritur sententia declaratoria judicis ecclesiastici de incorrigibilitate clerici, antequam possit consignari curiae laici. V. Ejectus a religione.

Indebiti probatio.
Gl. ad c. 4. X. 3. 23.

Indecorum est, Laicum vicarium esse episcopi et saeculares in ecclesia judicium ferre. Hoc enim in lege divina probibetur dicente *Moyse:* non arabis in bove simul et asino i. e. homines diversae professionis in officio uno non sociabis. c. 22. C. VI. qu. 7.

Index historicus, geographicus et chronologicus Decret. *Turrecremata* edit. *Fontanini* et in nostro vol. 2.

Index historicus Pontificum et Conciliorum in edit. *Böhmeri* et in edit. *Ferrar.* (*Casinensi*).

Index glossarum et adnotationum in editionibus juris canonici cum glossa ordinaria; videas discriptionem editionum corporis jur.

India orientalis — **occidentalis**, variae hujus rei constitutiones papales. (*Ferr.* bullaria).

Indulgentia est remissio temporalis poenae culpis confessione expiatis debitae. Duo de indulgentiis dogmata fide tenenda tradidit Tridentina synodus, sess. 25

in decr. de indulgentiis, primum potestatem easdem conferendi a Christo ecclesiae fuisse concessam, alterum hujusmodi indulgentiarum usum Christiano populo esse maxime salutarem.

Indulgentia. Jubilaeum. Quinquagesima et quadragesima duplex. Gl. ad c. 1. extravag. comm. lib. 5. de poenitent. V. 9.

Indultum jure beneficium non est alicui auferendum. reg. 17. in VI⁰.

Induratio malorum — hominis, c. 22. 23. C. XXIII. qu. 4.

Infamia non est simplex diffamatio, sed fons processus inquisitorii, c. 24. X. de accusat. V. 1.

Observa, in inquisitione non judicem actorem esse, sed solum famam; ideo litis contestatione non est opus, ex quo sequitur, processum inquisitorium ad cognitiones summarias referendum esse; v. purgatio canonica.

Infamatio, v. accusatio.

Infernus — quatuor loca: limbus S. S. Patrum veteris testamenti — parvulorum in peccato originali decedentium, purgatorium et locus damnationis, qui infernus communiter dicitur.

Infideles — haeretici.

X. lib. 5. 7.

Sed de haç re recentiores existunt constitutiones e. g. extravag. ad evitanda.

Rosshirt. comm. in jus can. p. 776 ff. p. 815.

Distinguitur haeresis formalis et materialis.

Haeretici tolerati, ipsi indulto papali ad jura in cultu ecclesiae catholicae admissi.

Initium scripturae, v. breviarium Roman. sub rubr. generali v. de lectionibus, lectiones scripturae vel communes vel occurrentes. V. quoque *Ferrar.* sub. ind. rituum.

Initium singulorum versiculorum, v. novum testamentum vulgatae editionis *Sixti* V. et *Clementis* VIII. jussu recognitum atque editum. Romae typis S. C. de Propaganda fide 1861, (a *P. Vercellone Barnabite*).

Injuria debet remitti. c. 29. C. XXIII. qu. 4., glossa ad

h. c. Inde declarationis formula ad existimationem restituendam est deprecatio. V. textus sacrarum literar. *Freiburger Lexicon.* sub Abbitte I. S. 757.

In in compositis saepissime significat negationem.

Innodatio placiti aliud designare non potest, quam juramenti vinculum. *Bened.* XIV. lib. 5. C. II. nr. 10.

Inopia debitoris inanem reddit actionem. c. 16. X. de restit. spoliat. II. 13.

L a i c u s debitor quidem incarcerandus est, etsi jus canonicum praefert executionem realem: c l e r i c u s autem debitor nullo modo ruit in carcerem, sed praestito juramento de solvendo. — si quando potuerit — dimittitur.

c. 3. X. de solution. III. 23.

Hoc jus appellatur saepissime beneficium competentiae, sed non miscendum est cum illo beneficio, quod Romani concedunt eo modo, ut debitor solummodo condemnetur in tantum, quantum facere potest.

Inquirere tunc scilicet, cum frequens et clamosa fama est. gl. ad c. 1. X. I. 31.

Inquisitio tum obtinuit, cum de fama constaret: itaque priusquam de fama cognitum erat, in causa ipsa inquirendum non erat. c. 19. 21. X. de accusat. V. 1.

Inquisitio haereticorum erat species processus inquisitionis.

Hic processus inquisitionis ab *Innocentio* III. non quidem institutus, sed ad perfectionem redactus est. c. 14. usque ad finem, lib. 5. tit. 1. respiciendum est.

Insignia concedere canonicis vel concessa mutare non potest episcopus inconsulta Sede Apostolica.

Insignis potest esse ecclesia collegiata vel de jure vel ex privilegio.

Insordescentia — inobedientia, quamvis praecipue dicatur ratione excommunicationis, attamen convenit etiam aliis censuris. *Ferrar.*

Installatio, vel

Institutio vide provisio. Gl. ad c. 1. X. I. 21.

Instrumentum est vel authenticum vel exemplum — au-

thenticum exemplificatur, unde vocabulum „exemplar“: Solummodo instrumentum authenticum probationem facit.

Rosshirt, jus can. p. 22. 602 seq.

Zöpfl, im Civil-Archiv XLII. Band. Dritte Lieferung.

Fagnanus ad c. 1. X. de fide instrum. II. 22.

Pousio in antiquitt. ad h. t.

Giraldi ad c. 1.

Barbosa ad c. 1.

Inprimis videatur glossa ad c. 1. citatum.

Intentio est actus voluntatis volentis aliquid facere vel fieri a se vel ab alio dividitur in actualem, virtualem, habitualem et interpretativam. *Ferrar.*

Intercalares fructus — fructus vacantis ecclesiae — id est fructus medii temporis eo fere modo, quo dicitur alia mente interusurium.

Interdictum ad tuendam possessionem est remedium juris. V. Quasi possessio.

Interdictum est poena ecclesiastica:

a) personalis,
b) generalis,
c) localis.

Occurrebat medio aevo, nostris temporibus vel non eo procedit vel poena ipsa restricta et mitigata est.

In ejus locum adhibetur cessatio a divinis, quae vero interdictum non est. *Devoti*, institt. de interdicto.

Interesse — Id, quod in actionibus bonae fidei et arbitrariis, cum non habemus actiones stricti juris, actoris interest, judicis officio investigandum et dijudicandum est, ab ejusque arbitrio salva probatione partium, si ea forsan requiritur — pendet. gl. ad c. 39. X. I. 29. *Rosshirt*, Dogmengeschichte p. 212.

Interrogatio fit a judice in iis rebus, quae ad causam spectare videntur.

c. 11. C. XXX. qu. 5.

Bernardi Pap. summa lib. 2. tit. 1. unde **id**, quod nunc appellamus **legitimationem**.

Interstitia nihil aliud sunt, quam illud intervallum temporis,

quod ex ecclesiae institutione interjacere debet inter susceptionem unius vel alterius ordinis.

Interventor erat unus ex provinciae episcopis, qui ad locum, ubi facienda erat electio episcopi, accederet electionis regendae et ad exitum perducendae causa. Appellabatur visitator, sed neque ipse episcopus illius civitatis eligi poterat, nec in ea ultra annum commorari. *Ponsio* ad tit. Decretal. de electione can. 16. dist. 61.

Investitura, v. Provisio. hujus rei famosum erat certamen regnante *Paschali* II. — moderatum sub *Calixto* II. — Solummodo de resignandis juribus feudalibus *Paschalis* II. verba fecit. *Zöpfl*, Alterthümer des deutschen Reichs und Rechts vol. II.

Irregularitas — eodem modo, quo impedimentum matrimonii fit, oritur ex delicto vel ex defectu. *Ferr.* s. v. irregularitas.

Israel i. e. christianitas in sensu technico. Paulus ad Rom. 11. 24. 25. 26.

Döllinger, Christenthum in der Zeit der Grundlegung. p. 217. 233 et in aliis locis.

Judaei c. 5. dist. 45. Hebraei. X. V. 6. *Bernardi Pap.* summa V. 5. ibi etiam Saraceni.

Judaeorum filios non esse invitis parentibus baptizandos, donec perveniant ad aetatem legitimam et tunc si ipsi consentiant; aetatem autem legitimam regulariter censeri completo septennio: ex sacra Congr. Conc. Trident. (ed. *Richteri* p. 47).

Judaeorum servus vel vernaculus vel emtitius, *Bern.* l. c.

Judicium divinum.

Paulus ad Corinth. I. c. 4. §. 1—6.

Judicium Episcoporum in civilia et ecclesiastica. *Thomass.* II. lib. 3. c. 101 seq.

Judiciorum ordo.

a) in Decreto Gratiani plurima etiam in hac re ex jure Romano desumta sunt, sed cum episcopi ex suo arbitrio et moribus rem tractarent, novus inde ordo judicii confectus est ita, ut hic nullo modo ex statutis Italiae descenderet, p o t i u s i n h i s c e s t a t u t i s o r d o c a-

nonicus reciperetur. Statuta urbium italicarum novum quidem jus publicum introduxerunt, sed de jure privato et processuali originaria jura non statuerunt. In jure canonico vero servabantur vocabula juris Romani e. g. libelli oblatio, litis contestatio, probatio, praesumtio, sed diversas habuere notiones.

b) In Decretalium libro 2. proprium quodammodo systema processus exortum est per positiones, responsiones, defensiones.

Judiciorum ordo — qui nostris temporibus appellatur doctrina processus. Vox „processus" Romanis tanquam judiciorum ordo plane incognita derivatur ex jure canonico. Temporis spatia constituta sunt, quae a partibus differri possunt: actio vero nihil est, quam initium processus, imploratio judicis.

c. 6. X. de jud. II. 1.

Executio est imploratio judicis ad exequendam sententiam.

Denique singularis differentia est inter processum ordinarium et summarium, si inprimis respicere velis terminos vel naturam processus ipsius ex brevioribus terminis derivatam, et litis contestationem vel necessariam vel superfluam. Positionibus saepissime non utitur processus *Clementinus* ad eruendum statum rei et controversiae: sed solummodo adhibitae singulae theses sunt, articuli probationis, quae res revera est nova et nostro tempore recepta adeo in processu ordinario. Clem. 2. de jud. Clem. 2. de V. S.

Juramentum veritatis et affectionis.

Si quis juravit, se centum expendisse, verum est, nec judicis fit competentia:

Sed si in litem juratum est, nulla sit verecundia juranti, qui poterat ex affectu aestimare centum rem, quae non valebat quinquaginta. Glossa ad c. 1. in VI°. I, 6.

Jurare per caput vel per ventrem vel per corpus vel per capillum. V. *Astesanus* canon. poenitent. §. 32.

Juris canonici origines et progressus:

a) *Bernardi Pap.* summa.
b) Tractatus varii de matrimonio, electione, processu.
c) Pragmaticorum ordo, quo jus civile et canonicum inter se mixtum et unitum quasi jus gentium medii aevi reperitur. *Bartoli, Baldi* et aliorum opera.
d) Inde vocabularii, vel vocabularia, repertoria in forma lexicali — quibus jus civile et Canonicum tanquam duplex juris fons demonstratum est, ita ut revera jus Canonicum inter leges dominaretur. Haec opera partim typis edita partim solummodo scripta inveniuntur, sed nullo modo perfecta.
e) Novus ordo historico-criticus constitutus est, quo hi fontes melius discernerentur, nec solum res, sed etiam vocabulorum usus ita ordinarentur, ut systema juris per medium aevum usque ad nostra tempora progrediens intelligeretur. Desideratur, ut latinitas juris canonici eodem modo, quo juris civilis latinitas, conservetur: in quem finem nostrum opus viris doctis offertur.

Jus civile. Legibus imperialibus utuntur pontifices pro temporalibus rebus tantummodo. c. 8. dist. 10.
Benedictus XIV. lib. 9. c. 10.
Thomass. II. lib. 1. c. 91. nr. 14. 15. 16.

Jus civile varie multumque mutatum est jure Canonico ejusque usu recepto. V. Canonicum jus.

Jus gentium positivum.
1) Ex pactis et moribus inter gentes constituitur, et si quid deficiat, id vel ex jure divino naturali vel ex jure hominum rationali assumitur. Ex jure divino omnia communia sunt omnibus, ergo mare pertinet ad omnes gentes earumque subditos, dist. 8. in princ.
2) ad finiendas controversias est jus belli et pacis. Decret. C. XXIII.

Jus in re — ad rem: spectat ad acquisitionem et institutionem beneficiorum — tum extendebatur ad acquisitionem bonorum in genere.

Jus naturale est:
1) apud Romanos, quod naturalis ratio omnes gentes docuit, habuitque duos fontes — mores gentium et

naturalem rationem, et praevaluit jus gentium: — naturalis ratio erat ratio scholarum gentilium e. g. Stoicorum, sed a praetore peregrino non raro recognitum.

2) In jure Canonico erat jus naturale, jus divinum vel immutabile, quod non solum a scholis et philosophis sed ab omnibus hominibus quasi animis inscriptum colebatur, nullisque studiorum controversiis turbatum erat. *Gratianus* in Decreto dist. VI.; *Thom. a Aquino* prima secund. qu. 96. V. partem II. Scholastica res.

Nostris temporibus omnia pendent ex scholis philosophorum, unde factum est jus naturale — mutabile.

Jusjurandum — in jure Canonico aliter tractatur, quam in jure Romano.

a) non est argumentum vel indicium, sed instrumentum et remedium probationis,

b) non est transactio partium, sed est officium publicum simul et religiosum: ideoque habet tres comites. Iudex vel ex praestito vel ex recusato juramento obligatur. c. 2. C. XXII. qu. 2. c. 26. X. de jurejur. II. 24. Juris Consulti nostrates falluntur in hac re. (*Bayer, Endemann.*)

Jusjurandum

a) promissorium,

b) assertorium;

jusjurandum promissorium apud Romanos est confirmatio pacti, quae coram judice non fit, — vinculum quidem juris est (in specie ex jure canonico), sed pejerans non coercetur poenis perjurii.

jusjurandum assertorium judiciale vel delatum vel a judice illatum suam habuit apud Romanos vim tum ante tum post *Diocletianum* et *Maximinianum*.

Keller, der römische Civilprozess. §§. 64—66.

v. Savigny, System. VII. Bd. §. 313.

Jure Canonico jusjurandum semper est votum Deo oblatum, ideoque appellatur sacramentum.

Inde praesertim receptum id est tanquam purgatio canonica: erat ordinata ad existimationem famamque clericis conservandam, illo tempore non raro a plebe

violatam vel diminutam. Jam *Leoni P. S.* purgatio canonica opus erat.

Justitia. Exercitium jurisdictionis. A jurisdictione distinguitur gratia. Ordinantur omnes res I) per pontificem summum vel ex jure vel ex gratia. Ex jure vel per viam communem vel per arbitros. Executores existunt vel justitiae vel gratiae. II) Pontifex summus transfert jurisdictionem ad legatos et episcopos, ita quidem, ut, si pontifex, qui illos instituit, moritur, eorum jus et vis remanoat. Episcopus habet officialem et ex tempore Bonifacii octavi vicarium generalem. Denique III) jurisdictio delegatur ita, ut dependeat a vita et arbitrio delogantis. Liber sextus tit. 13—17. c. 40. in VI⁰. de elect. c. 9. in VI⁰. de off. ordin. clem. un. I. 5. *Rosshirt*, canonisches Recht. p. 967.

K.

Kabbala, v. Gnosticismus. *Freiburger Lexicon.*

Kalendaria strena et munus festivum, c. 5. dist. 37. quod dabatur die festo et plerumque anni initio boni ominis gratia.

Hujusmodi strenas solebant donare clientes patronis civesque principibus, quod ultimum quidem sub *Augusto* fiobat. *Tiberius* vero prohibuit, ne ultra Calendas Januarias exerceretur.

Forcellini s. h. v.

Kalendarium — Martyrologium. *du Fresne.*

Kalendas observare non licet —; pagani varias habuere festivitates et quidem inhonestas primo die Januarii — hao prohibitae sunt Christianis.

c. 13. 14. C. XXVI. qu. 7.

Kalogetos — monachus graecus, v. monachus.

Karacter crucis — symbolum crucis est signum Catholicis solenne — palliis metropolitanorum assutum — in signum speciale votivae expeditionis sacrae. *du Fresne.* V. Character.

Karena — quadragesimale jejunium.
Καθαρός — purus: inde Cathari.
Kathetraticum i. e. pensio episcopi, v. sub Cathetrad.
Kenodokia. Octo sunt in ecclesia antiqua peccatorum genera. Horum octo principalium vitiorum primum et maximum vitium, quod est omnium malorum initium, a quo oriuntur alia septem, quae hic subsequuntur, est superbia. Hic est ipse diabolus. . . . . Secundum vitium est gastrimargia, hoc est gulae concupiscentia, per quam miserabiliter protoplastes mundi de paradiso est ejectus, et in naufragia hujus mundi est exulatus. . . . . Tertium vitium est luxuria, quae fit ex omni corporali immunditia et ex omni degeneratae animae turpi malitia cum carnalibus desideriis et corporalibus voluptatibus: per omnia impudice consentit anima. . . . . Quartum vitium est philargyria, quod est avaritia, quae bene hydropico comparatur sua incessabili injustitia: nam hydropicus, quanto plus bibit, tanto amplius sitit; sic avarus, quanto plus habet, tanto majus desiderium acquirendi illi manet. . . . . Quintum vitium est ira, quae hactenus semper operabatur multa mala et mira. Hujus irae tela furentia suaviter frangit sancta patientia. Sextum vitium est indiscreta tristitia (Melancholie). Septimum vitium est ascedia i. e. taedium mentis, per quod plures abierunt a veritate retrorsum. Octavum vitium est cenodoxia i. e. inanis gloria et vanitas, quam facile capit nostra fragilis humanitas. Ordo publice poenitentium. *Morinus* Commentarius historicus de sacramento poenitentiae. — *Marten.* de antiquis ecclesiae ritibus lib. 1. c. 6. *Rozière* Recueil général des formules. pag. 742 seq.
Kephale — Cephas. Petrus. *Döllinger,* die Grundlegung. p. 103.
Κηρύσσειν — praedicare Evangelium et fidei doctrinam; adnot. ad c. 32. dist. 50.
Kleros — sors: inde clerici.

Decret. *Gratiani* — tractatus ordinandorum dist. 23. et seq.

Κύριος — *κυριακή*, *κύριε*. Deus — divinum *κύριε ἐλέησον* — significat

„domine miserere",

est recepta vox ob unitatem ecclesiae inter Graecos et Latinos, uti docet *Ferrar.* s. h. v.

Potius significat illa vox responsionem populi ad orationes pro catechumenis hereticis ab episcopo habitas. *Drey*, in libro can. apostol. et constitut. apostol. p. 107.

L.

Lactare filios Hebraeorum nequeunt nutrices Christianae *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 6. c. 4. §. 2.

Laici:

septimo saeculo dividebantur in tres ordines — honorati, possessores, plebs cuncta. Lib. diurn. p. 55.

Laici praedicare non possunt ex constitutione *Innocentii* III. et *Gregorii* IX.

c. 12. 14. X de haeret. V. 7.

Cf. *Kober* in libello de suspensione, qui recte asserit, ante *Innocentium* III. laicis non fuisse prohibitum praedicare.

Laicus potest habere jurisdictienem ecclesiasticam ex papae delegatione. gl. ad c. 1. dist. 96.

Landsassius, vox Germanica — ille est, qui in suis tractibus, pagis, latifundiis eminentiora jura et saepe quasi regalia ipsi concessa habet, inprimis gaudet jnre patronatns.

Idem quoque est forensis et non solum, quod attinet ad jura rerum, sed ex obligationibus foro rei sitae subjectus est.

Laniena sunt ungulae carnificis.

c. 18. C. XXIII. qu. 5. c. 69. C. XI. qu. 3.
Cujacius observ. lib. 20. obs. 32.

Lapis in altari ponitur, qui, uti plures affirmant, repraesentat lapidem sepulcro Christi superimpositum et sigillo clausum. c. 1. X. III. 40.

Lapsus. Hujus mentionem fecit Gratianus, dist. 50. *Fontanini* s. v. lapsi.

Lapsus differt ab apostata. *Benedict*, XIV. d. s. d. lib. 8. c. 11. §. 9.

Gratianus hanc distinctionem bene explicat. Glossa ita discernit locum Gratiani:

a) partem primam et secundam, in quibus tractantur controversiae et oppositiones doctorum.
b) partem tertiam, qua Gratianus controversiam decidit,
c) partem quartam, quae de haereticis verba facit,
d) partem quintam de homicidis,
e) partem sextam, in qua delinquentes lapsis adnumerat, nisi delictum sit occultum, et poenitentia non solennis.

De lapsis quoque c. 23. de poenit. dist. 1. c. 57.

Largitio munerum v. xenia etc. regulares.

Largus — sumtus facit ex ratione sed libenter. gl. ad c. 10. X. I. 4.

Latinitas juris Romani, quae spectat ad jus Canonicum. Jam saeculo quinto et sexto principia theologiae christianae jure ipso recepta fuisse omnibus constat. Qua ex causa seriem vocabulorum exhibere licet, quae explicata sunt in celeberr. opere *Dirksenii:*

Christianitas.
Ecclesia. Ecclesiastici.
Emphanisticum — quod clericus magnae ecclesiae praestat ex consuetudine.
Epiphania.
Excommunicatio.
Exiguus i. e. vilis.
Fides — religionis christianae dogma.
Haeresis, dogma praeceptis catholicae Christianorum fidei contrarium, opinio damnata — perversa. sacrilegii dogma.
Hiereus, presbyter Judaeorum.
Hierophanta — qui sacra et ceremonias docet.
Hierophylax — sacrorum custos.
Metropolis.

Missa.
Moecha — adultera.
Monozontes i. e. monachi.
Mysterium.
Occiduus, i. e. occidentalis.
Oeconomus.
Oratorium.
Originarius.
Papa.
Petrus—divinam rem tradidisse Petrum Romanis etc.
Portiuncula.
Quadragesima.
Quinquagesima, i. e. pentecoste.
Regesta.
Religio — votum.
Reliquiae cineris et ossa cadaverum.
Sabbatum.
Sanctus. (Substantiv.)
Schisma.
Superstitio.
Traditio etc.

Apparet quoque ex hoc manuali *Dirksenii*, quantopere discrepet latinitas classica a vocabulis juris canonici recens inventis: e. g. plebanus, ponere, positio, postulatio, processus etc.

Latria, v. Dulia.

Lectisternium — componitur lectus cum sterno et sumitur pro lecto strato et parato et omni ipsius paramento. gl. ad clem. 1. III. 10.

Lecti apparatus et instrumentum vel lectus ipse, *du Fresne*.

Lectores — sunt neque sacerdotes neque diaconi sed tanquam divini verbi scribae: — pronunciatores appellantur. c. 1. dist. 21.

Inter ordines minores referuntur: V. quoque cantor, psalmista.

Legatorum tria genera. gl. ad c. 1. in VI⁰. I. 15.

Legatus a pontifice summo constitutus. X. I. 30.

Legatus a latere: prima ejus institutio. *Hefele,* Conciliengeschichte IV. p. 229.

Legislatores Ebraeorum Moyscs, Phoroneus Graecorum, Mercurius Trismegistus Aegyptiorum, Solon Atheniensium, Lycurgus Laccdaemonum, Numa Pompilius Romanorum: a quibus — traditur principium religionis inter illas gentes difusum. Can. 1. dist. 7.

Legitima — pars hereditatis jure naturae debita. c. 16. 18. X. de test. 3. 26. c. 1. in VI^0. III. 11. V. *Falcidia.*

Legitimari non potest per subsequens matrimonium in adulterio natus: c. 6. X. IV. 17.

Legitimatio ad causam. Vid. interrogatio — pertinct ad judicis officium non minus quam legitimatio ad processum et praxin.

Levir — mariti frater. c. 5. XXXV. qu. 5.

Leviticum ministerium opponitur presbyterali honori et episcopali excellentiae, c. 1. dist. 32.

Lex — cessante ratione legis cessat ipsa — est regula juris canonici saeculari juri inimica *Ferr.* lex, art. V.

Lex dioecesana et jurisdictionis. gl. ad c. 18. X. I. 31.

Lex divina et humana jure canonico ita inter se differunt:

Humanum genus duobus regitur, videlicet jure et moribus. Jus naturale est, quod in lege et evangelio continetur, divinae leges naturâ, humanae vero moribus constant, ideoque hae discrepant, quoniam aliae aliis gentibus placent. Jus naturale et divinum idem est, ergo omne id, quod ex jure divino derivatur, appellatur fas: transire per agrum alienum fas est, quia quisque jubetur alii facere, quod sibi vult fieri — hacc enim est lex et prophetae. Sed moribus non constat, transire per agrum alienum, ideoque jus non est. c. 1. dist. 1.

Lex ecclesiae catholicae.

In toto orbe terrarum nullo modo gravius et majoris majoris momenti existit jurisprudentia, quam illa, quea ex dogmatibus, ritibus, moribus, constitutionibus et decretalibus oritur ideoque vix homo doctus gloriari potest de cognitione plena juris ecclesiastici, cujus

fontes sunt omnia, quae pertinent ad philosophiam, theologiam et jurisprudentiam ecclesiae catholicae. *Ferraris* s. v. jus.

Lex est quintuplex.
Jus etiam quintuplex. gl. ad c. 1. extrav. comm. de dolo et contum.

Lexicographia et res literaria. Medio aevo vocabularia concipiebantur ex vocabulis utriusque juris. Neglecto autem jure Canonico praecipue in terris Germanicis Lexicographi ad jus Romanum fontesque noviter repertos alacri studio concurrerunt; sed res literaria juris Canonici neutiquam gaudebat hisce fautoribus, licet scientia tum scriptis recentissime ex manuscriptis protractis et editis una cum historia rei literariae locupletior fere facta sit, quam in literis juris Romani.

Libellatici sunt, qui persecutionis tempore fidem christianam abnegarunt: — ad genus l a p s o r u m numerabantur. c. 47. C. XXIII. de poenit. dist. 1. V. Lapsus.

Libellaticorum tria genera, qui fidem negant, vel palam profiteri non audent, vel latitant. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 13. c. 20. §. 11.

Libellus actionis.
Jam jure Justinianeo antiquatum erat vetus systema actionum. Ab origine erant actiones vel stricti juris vel bonae fidei in jure obligationum, et taceamus de actionibus in rem vel arbitrariis. Actiones stricti juris appellabantur condictiones vel certi vel incerti. Certi dabantur ad constituendum jus in re — (dare), profectae sunt vel ex negotiis solennibus e. g. stipulatu, vel ex causa restituendi, ut condictio sine causa generalis et specialis. Jure canonico omnes actiones sunt bonae fidei. c. 6. X. II. 1. Vocabulum „dare“ in sensu antiquo juris romani nullam habet vim —, possessionem tradere ubique sufficit, omnes actiones spectant ad tradendum, quod Germani et Galli quoque appellant geben-donner, vel ad praestandum id, quod interest.

Libellus officialis, v. Missale.

Liber: pontificalis seu Pontificale Romanum *Clementis* VIII., *Urbani* VIII. Ceremoniale episcoporum *Clementis* VIII., *Innocentii* X. *Benedicti* XIV. Rituale Romanum *Pauli* V.

Liber pontificalis ecclesiae graecae, (ἀρχιεϱατικός).
Bened. XIV. const. allatae: libri duo de ceremoniis ecclesiae Byzantinae.

Liber homo pro debito non potest teneri.
c. 2. X. de pign. III. 21.
V. Inopia debitoris.
Jus Canonicum solummodo respicit ad executionis modum in bonis et rebus debitoris. Inopia debitoris inanem reddit actionem.
c. 16. X. de restitut. spoliat. II. 13.
Extra ordinem laicus debitor potest incarcerari, in clerico debitore secus est.
c. 3. X. de solut. III. 23.

Libera si scienter cum servo contrahat, valet matrimonium. c. 11. X. II, 23.

Liberi naturales — in jure Canonico non ex simplici stupro, sed ex concubitu, qui non est matrimonium — sunt procreati.

Liberti chartularii — manumissio in ecclesia per chartam.

Liberti denariales — a principe per denarium, *Devoti* inst. de jure personarum §. 1. not.

Libido in virginibus majorem patitur famem, dum dulcius esse putant, quod nesciunt. gl. ad c. 2. C. XXVII. qu. 1. (Venet. p. 1392.)

Libra occidua (celeberrima de hac voce controversia). *Devoti* institt. de probat. §. 9. nr. 3. *Dirksen* occidua s. h. v., i. e. occidentalis.

Libri poenitentiarum (Beichtbücher) ordinationes ad disciplinam ecclesiae pertinentes: in his sunt canones poenitentiales.
Phillips, compend. §. 30.
v. Wasserschleben, die Bussordnungen. Halle 1851.
Benedict. XIV. d. s. d. lib. 11. c. 11. V. Poenitentiales.

Libri probibiti, expurgandi — notae, censurae v. *Walter*

jus eccles. ed XII. §. 178 — ubi vides singula scripta.
Ferr. libri prohibiti, própositiones damnatae.

Libri liturgici:

Gavanto thesaurus sacrorum rituum. Rómae 1737.
Dominici hierolexicon.
Rossi bibliotheca jur. can. civ. (*Mutinae*).
Bona rerum liturgicarum libri XI. (Aug. Taurinorum) 1749.
Martene de antiquis ecclesiae ritibus. Antw. 1736.
Gueranger institutions liturgiques Paris 1840.
Fornici. Lueft. Bouix. (eorum opera).
Daniel Cod. liturg. Lipsiae 1847.
Rosshirt jus can. et vol. II. sub voce „Liturgie".
Pius P. M. IV. usque ad *Clementem* VIII. primus edidit professionem fidei et publicavit indicem librorum prohibitorum.
Pius V. breviarium et missale et cathechismum Romanum.
Gregor XIII. calendarium, martyrologium et correxit Decretum Gratiani.
Sixtus V. ed. Vulgatam emmendatam et constituit Congregationes.
Clemens VIII. ed. pontificale et ceremoniale, revidit Breviarium et Missale.

a) Fontes juris liturgici.

Ordo Romanus eo tempore, quo singulae ecclesiae proprios habuere ordines.

Inde saeculo decimo tertio ordo Romanus deesse coepit — tum vero omnia exstant in his operibus: libro rituum, libro pontificali, libro caeremoniarum. *Kober* s. v. ordo Romanus. *Freiburger Lexicon.*

Rituale Romanum sub *Paulo* V. editum — tractat de quinque sacramentis a presbyteris administrandis — nunc omnibus ecclesiis orbis commune: auctum a *Bened.* XIV. *Bouix* de jure liturg. p. 298.

Pontificale Romanum nunc sub *Clemente* VIII. publicatum, in ipso sunt sacramenta, quae ab episcopis administrantur.

Caeremoniale episcoporum — quilibet episcopus ha-

bet magistrum caeremoniarum vel caerimoniarium. *Ferr.* s. v. ritus.

Accedit missale Romanum (excepta ecclesia Mediolan. et ritu Mozarabico quibusdam ecclesiis Hispanicis concesso) — et breviarium.

Igitur liturgia ubique in ecclesia occidentali fere est una et unica.

b) Jus liturgicum. De hac re solummodo pontifex statuere potest, si dubium quoddam obvenit, — nisi ipse vel expresso vel tacito consensu liturgiae regulationem ad singulos in singulis dioecesibns episcopos transtulerit. Octavo saeculo jam sublata est antiqua liturgia eclesiarum Galliae; et Romana introducta: sub *Gregorio* VII. sublata est in Hispania liturgia Mozarabica et Romana introducta.

Pontifex utitur propriâ Cardinalium congregatione rituum.

Celeberrima hujus rei constitutio est Bulla *Pii* V. „Quo primum" d. d. 15. Julii 1570. Bullar. Rom. ed. Cherubini (a. 1638) tom. II. p. 235. nr. 106. — non miscenda cum altera bulla ejusdem pontificis „cum primum" anni 1566. *Rosshirt* jus can. p. 829.

c) Liturgicae significationes et varia inter populos vocabula — non enim ex constitutionibns canonicis prodeunt, sed ex moribus et usu populorum eorumque enuntiatione. Nolumus de hac re disputare ex latinitate medii aevi: quae enim spectant ad historiam vocesqne popnlorum Gallicorum, relata sunt in opere Domini *du Fresne* — editore *Henschelio*. Videas tom. VII. sub voce litnrgia; etiam in editione prima — sed non in editione secunda. Apud *Henschelium* verba notis asteristicis sunt signata.

Licentiatus. Omnia, quae *Böhmerus* in praefatione ad Decretum de hac re in pag. XV. sub n. et q. profert, falsa sunt, uti *Sarti* s. v. *Gratianus* pag. 267. §. XIX. optime probavit.

Ligatura: institutiones hominum, quae sunt superstitiosae, condemnantur.

c. 6. C. XXVI. qu. 2.
c. 13. C. XXVI. qu. 5.

Ligius et vasallus quomodo differant. Vid. Gl. ad Clem. 2. II. 11.

Limina Apostolorum Romae visitanda esse ab episcopis statutum est.

Lingua. Slavis nuper conversis *Joannes* VIII. concessit ut officia et missam lingua sua celebrarent, modo evangelium latinâ ante illam legeretur linguâ, sed id non passim concedere potest ecclesia, exceptis Graecis, Syris et Armenis.

Thomassin. I. lib. 2. c. 82. nr. 1. 2. V. secundam nostri operis partem s. v. liturgia.

Lis. *Gregorius M.*, *Alexander* III., *Innocentius* III. hanc rem in ordinem redegerunt.

Ille ubique in rebus judiciariis ad jus Romanum respexit, sed non adeo ad solennitates litis in jure Romano receptas, quia episcopi more arbitri omnes causas dijudicabant: reservatum tamen est jus civile vel privatum Romanorum, cum Clerici jure Romano viverent.

Alexander autem III. litis ordinem reconstruxit in c. 1. X. de appellat. et c. 6. X. de judiciis, actionis et appellationis libello absque ulla solennitate concesso omnibusque formulis in dilationibus, exceptionibus et probationibus sublatis.

Cui successere *Innocentius* III., *Bonifacius* VIII. et alii pontifices, e. g. *Clemens* V.

Cujacius in praefat. ad libr. IV Decretalium profitetur: totus ordo judiciorum, qui ubique gentium in orbe Christiano observatur, hunc solum ordinem veluti fundum habet.

Lis. Primo videndum est de citatione. Citatio est vocatio alicujus ad judicium et est principium causae, ita, quod per eam causa dicitur esse inçepta secundum jus canonicum. Unde si judex citat aliquem, et ille citatus pendente citatione transfert se ad aliam jurisdictionem, id est ad judicium alterius judicis, tamen

non potest declinare judicium primi judicis, quia judex praevenit per citationem. Deinde notandum est, quod judex nec potest nec debet citare aliquem tempore feriato. Sunt autem triplices feriae: solennes, rusticae, repentinae. Solennes feriae sunt, quae introductae sunt ob reverentiam, Dei et sanctorum, ut dies dominici et apostolorum et aliorum sanctorum. Rusticae sunt, quae introductae sunt propter necessitates hominum et tempus messium et vindemiarum. Processus tamen de consensu partium potest fieri. Repentinae feriae sunt, quas aliquis princeps introduxit propter diem natalem suum etc. Sed hae feriae quasi in usu recentiori non sunt. Joannis Andreae summula de processu judicii ed. *Wunderlich.* Basiliae 1840.

Litaniae — est nomen graecum, quod latine significat humiles supplicationes et devotas seu ferventes preces.

Litigiosa res. Non pendet uti apud Romanos a litis contestatione, sed potius a litis pendentia juris Canonici.
c. 19. X. II. 2.
c. 1. in VI⁰. II. 8.
Clem. 2. II. 5.
Rosshirt, jus can. p. 585. 970.
Bayer, praelect. ad proc. p. 560 (ed. 8)
Sartorius de litispendentiae vero initio. Turici 1837.

Litis contestatio et reconventio, *Andreae* citatus p. 27. 28.

Litis pendentia. Lis pendet. In jure Romano occurrit vox: conditio pendet, i. e. suspensa est, sed non reperitur vox: lis pendet. Haec enim lis non suspenditur, sed existit ita, ut res fiat litigiosa, neque actor neque reus a judice recedere possint, et reus, qui ad processum citatus est, ob malam fidem et moram obligetur etc. Ex qua ratione litis contestatio juris Canonici aliter se habet quam ea, quae ex jure Romano et adeo ex jure Justinianeo procedit. gl. ad c. 1. in VI⁰. II. 8. s. v. litigantibus, qualem *Clemens* V. authentice interpretatus est in clem. 2. II. 5. V. processus summarius.

Liturgia. Jus liturgicum. Liturgia graecum nomen est, quod universali comprehensione publicum ministerium vel publici ministerii opus significat, — latius etiam inter privatos.

Jus liturgicum jus est ad rationem, quà cultus publicus sit Deo sanctisque praestandus, constituendam. Hoc jam exercuerunt Apostoli, et liturgiae ritus ab Apostolis recepti sunt. De hac re exstant celeberrima scripta et in nostra secunda parte propria dissertatio. V. *Ferrar.* novissimae adjectiones.

Livellum, v. peculium.

Locatio ad firmam. Praedium seu villa alteri elocata sub praestatione annua vel rerum ad victum necessariarum vel denique pecuniaria. Hinc datio ad firmam pro contractu, quo sub annuo reditu fundi ad aliquot annos possidendi dantur: farmes jure Anglico et Americano.

c. 24. X. de decim. III. 30.
Böhmer ad h. l. not. 41.

Loci venerabiles. Cod. *Theod.* lib. XVI. tit 5. c. 54. §. 1. *Dirksen* s. v. venerabilis, sunt xenodochia — peregrinis,

ptochotrophia, nosocomia pauperibus, aegrotis,
orphantotrophia orbis,
brephotrophia infantibus,
gerontocomia senibus.

Loculi. c. 3. in VI⁰. V. 12. varias habet significationes, propterea quoque Christus dicitur loculos habuisse *Joann.* XIII. 29. XII. 6. c. 17. C. XII. qu. 1. inde ecclesia derivavit possessionem pecuniae, quae jam in Decreto Gratiani est concessa, quum Dominus loculos habuerit. c. 12. 17. C. XII. qu. 1.

Locupletatio in jure Romano erat juris aequi in quibusdam casibus petitio vel per exceptionem vel per condictionem generalem et specialem persequenda. Quae res erat singularis, neque per regulam juris communis constituenda, neque, ut quidem neoterici explicant, ex jure naturae.

In jure canonico locupletationis obligatio naturalis est: unde Christus in evangelio: omnia quaecumque vultis, ut faciant vobis homines, et vos eadem facite illis, haec est enim lex et prophetae.

Gratianus, dist. prima.

Locupletatione alterius, si alter damnum vel casu perpessus est, quo ille locupletatur, fit quoque obligatio civilis, et actio quodammodo conceditur. Sed nostri ICti non raro ad jus Romanum recurrunt, et ad interpretationem principiorum, quibus utimur admissis actionibus in factum, ad exemplum legis Aquiliae jam apud Romanos concessis.

Locupletatio vero ex sententia horum ICtorum gignit actionem, si in jure Romano actio de in rem verso obtinet, sed non ut adjiciatur alii actioni, sed ut oriatur propria obligatio ex damno facto in alterius utilitatem. *Rosshirt*, historia juris medii aevi p. 586.

Locutio pluralis — duorum numero est contenta, reg. 40 in VI⁰.

gravissimi momenti in probatione per testes, sed habet quodammodo originem historicam in jure canonico, sed nullo modo in jure Romano.

Lombarda — Jus Longobardicum — Longobardorum in Decretalibus non raro tanquam fundamentum juris communis medii aevi receptum est e. g. quod attinet ad portionem legitimam in jure hereditario. c. 16. 18. X. de testam. 3. 26.

Jam vero a Paucopalea jus Longobardicum hoc sensu recognitum erat, id quod testatur Manuscriptum biblioth. Monac. (*Maasen*, in den Jahrbüchern von *Becker* und *Muther* II. 1. 2.)

Cfas. *Pieri* de usu juris Longobardici apud ecclesiasticos. Flor. 1744.

Rocco jus Canonicum ad civilem jurisprudentiam perficiendam quid attulerit. Panormi 1839.

Ludus (taxillorum ludus). V. *Ferrar.* (nova appendix), ed. *Casinens.*

Lunaticus — quasi furiosus, est irregularis.
Luxuria — mollities. *Ferr.* s. h. v. peccatum luxuriae. *Fontanini* p. 616. V. virtutes et peccata.

M.

Macellarii — quia pecora vel quadrupedia mactant, a macello. gl. ad clem. 1. III. 1.
Madian — inimicus Israelitarum. V. *Moreri. Joseph.* antiqu. Judaeor. *Innocent.* III. ad legat. Galliae, 31. Mai 1204.
Magister — nomen hoc dicitur a monacho sive a monstrando. gl. ad c. 1. X. V. 5.
Magister a magistratu i. e. potestate nomen habet: et est magister privatus i. e. in docendo — regens et non regens: — et magister publicus, e cathedra pontifex quasi regens ecclesiam. Hoc magisterium ad jurisdictionem pertinet.
Magistri liberalium artium. Liberales artes sunt vel exactae vel non exactae: trivium — quadrivium — studium generale.
Magistri in universitatibus citramontanis facti sunt Rectores.
Magistri Magni (Grossmeister) equitum.
Magnum omne rarum est. c. 2. dist. 59. in fine. c. 4. C. II. qu. 7.
Majoratus est facti et saltecarium — majoratus juris et regulare. *Ferrar.* s. v. familia. Nota 1.
Majoritas i. e. superioritas in ordinibus et jurisdictione. Opponitur obedientia. *Freiburger Lexicon.*
Maledicere et, Maleficium. Maledicus est blasphemans et perjurus. Maleficus condemnatus ex divinatione vel sortilegio, (*μαντεία*).
Ligorio, theol mor. in indice.
Malum minus de duobus malis eligendum est. c. 1. 2. dist. 13. (*Gregorius* in moralibus) c. 7. C. XXII. qu. 4.
Mancipia dicuntur novitia, quae annum serviendo non compleverunt et vinum dicitur novum, quod non habet

annum. *Gregorius* novas appellat nuptias, quae intra coronam anni contrahuntur. gl. ad c. 21. X. V. 40.

Mancipium V. *du Fresne* s. v. mansus, Vide quoad mansum quoque c. 1. X. III. 39. dotalia mancipia, — reditus.

Manicae, sicut compedes sunt catenae vel vincula circa pedes, ita manicae catenae vel vincula circa manus. gl. ad clem. 1. V. 3.

Mansionarius, qui ad certam ecclesiam pertinet. *Ferraris* ind. rituum. Mansionarius in choro. *Brancati*.

Mansus derivatur a significatione „Mansees" ita ut Aufsees. *Zöpfl*, Alterthümer des deutschen Reichs und Rechts. Vol. I.

Manuale beneficium, quod non constituitur tanquam officium irrevocabile, et opponitur beneficio habituali et actuali.

V. Beneficium — habitus.

Manualis promissio — pactum sine jurejurando, — datâ dextrâ, facta — ne juraretur.

(Vertrag mit Handschlag ohne Eid).

inde confirmatio honoris et religionis vel sine vel cum sacramento.

c. 51. X. de sent. excomm. V. 39.

Manus tertia juratur.

Manus septima juratur:

V. *du Fresne* s. v. juramentum, qui totum systema juramenti propria manu, unica manu et juramentum usque ad trecentesimam manum explicat. Ad jus Canonicum ille, (*du Fresne*) uti ubique, non respicit: in jure vero Canonico praecipue valet

a) manus tertia.

c. 7. C. II. qu. 5.

b) Manus septima propinquorum, ad separandos conjuges, quaenam probatio nostris etiam diebus servatur.

c. 2. C. XXXIII. qu. 1.

c. 28. C. XXVII. qu. 2.

c. 5. 7. X. de frig. IV. 15

Manutergium — ad purgandos manus, v. manile vel aquamanile, urceolus cum aqua — patena vacua, calix

vacuus — quae omnia accepit subdiaconus, cum ordinatur: ex moribus enim medii aevi, quae et in officiis saecularibus e. g. notariorum alio modo recepta erant.

c. 15. dist. 23.

c. 1. dist. 25.

Manzer — de scorto natus — ex stupro procreatus, c. 10. X. I. 9. gl. ad h. t. *Böhmer* adnot. et *du Fresne.*

Mappa i. e. vestis altaris, vid. *du Fresne* s. v. vestis.

Maranathà — quod non raro anathemati superadditum est, ut excommunicatus solius Dei judicio relictus ab ecclesiae communione separatus permanere juberetur usque ad adventum Domini seu ad diem judicii.

Bened. XIV. d. s. d., v. Index.

Marrelarius — (marguilliers) magister fabricae, juratus, procurator, vitricus, v. *du Fresne.* (vitricus quasi laicus opponitur patri ecclesiae clerico). vitrici sunt Altermänner.

Martyrium i. e. testimonium pro veritate ecclesiae Catholicae. Ad verum martyrium non satis est poena vel tolerata mors, sed requiritur, ut toleretur ob causam fidei Christi. Antiquitus nomen Martyris et Confessoris promiscue sumebatur, progressu tamen temporis, ut fit etiam nunc, Ecclesia consueuit nomen Martyris et Confessoris distincte usurpare. In canone missae martyres solum et non confessores nominantur. *Ferr.* nr. 33. Canonisatio et beatificatio formalis fit per solum Papam. V. *Bened.* XIV. in singulari de hac re libro. V. *Brancati* s. v. Japponium; *Pius* IX. et annus 1862. in beatificandis Japponii martyribus. *Ferraris* s. v. Cultus Sanctorum.

Martyrologium. V. *Ferrar.*

Marcha Sterlingorum — moneta Anglorum usitata jam anno 1226.

c. 12. X. de procurator. I. 38.

Matricula est catalogus canonicorum, clericorum, mulierum egenarum.

Matriculariae — mulieres.

c. ult. dist. 32.

Matricularii erant custodes ecclesiarum, campanarii, quod tintinnabula pulsabant.

Matricularii in reparandis ecclesiis. *Thomass.* v. matricula — matricularii. reparatio.

Matrimonialium rerum origines et progressus. De qua re nihil proficiscitur ex jure Justinianeo: sed ex jure Canonico. Inprimis respiciendum est ad canones Apostolorum, can. 48, quod attinet ad matrimonium laicorum indissolubile, et can. 6. 27. 51. clericorum prohibitum. Tum agebant in Oriente et in Occidente Doctores ecclesiae sacras literas explicantes, *Augustinus, Hieronymus:* V. *Drey* can. apost. c. 48. pag. 252. Eorum scripta ab episcopis et clericis Galliae et Germaniae colligebantur, ut jus matrimonii conservaretur. v. *Moy*, ephem. VI. 5. Gratiani Decretum ipsum. Quibuscum conjungebantur decreta Conciliorum, et epistolae Pontificum, e. g. Nicolai ad Consulta Bulgarorum. Denique id omne in quoddam systema collectum est inprimis quod spectabat ad impedimenta matrimonii. De hac re tractatur in secunda parte Decreti causa XXVII, quam Stephanus de Tournay appellabat partem quartam causarum. Tunc arriserunt quaedam capita juris Canonici scriptoribus primi temporis restauratae juris scientiae — *Bernardus, Rufinus, Tancredus* scripserunt de matrimonio. In decretalibus, quarum primam collectionem *Bernardus Pap.* ipse confecit, res matrimonii amplectitur quartum librum. Accessit Concilium Trid. Sess. 24. quod resolutionibus et declarationibus Congregationis perpolitum nunc jus Canonicum de matrimonio constituit, nullis fere controversiis corruptum. Quod attinet ad processum, prolatum est opus *Pauli Forlini* (Romae 1861 apud Ruggi via Caravita N. 189). — Instructio, qua accurata traditur methodus in ordinandis et explendis processualibus actis servandis in causis matrimonialibus.

Matrimonium ab eo dicitur, quod femina idcirco maxime nubere debet, ut mater fiat, vel quia prolem concipere,

parere, educare matris munus est. Cat. Rom. de matrim. sacram. *Augustinus.*

Matrimonium derivatur a „mater et munium, quia sit matris munus. *Ferrar.*

Matrimonium. Usque ad *Justinianum* matrimonium legitimum aliter fiebat, atque quod ab ecclesia ratum est. gl. ad c. 8. dist. 10.

Qua ex causa nunc non valent leges saeculares. In decreto enim Gratiani C. 27 usque ad finem libri secundi tractatur inprimis de substantialibus matrimonii, quae recognoscuntur in glossa ad c. 7. X. IV. 5. — tum de natura matrimonii, de impedimentis matrimonii et de divortiis.

Matrimonium consistit in prole, fide et sacramento. c. 10. XXVII. qu. 2.

Matrimonium vel sponsalia, potius sponsalia de praesenti et futuro.

Sponsalia de futuro sunt fidei pactiones, sponsalia de praesenti fidei consensus, priora sunt antecedentia et solvenda, posteriora subsequentia et non solvenda. c. 51. C. XXVII. qu. 2. (palia).

Ponsio antiqu. p. 301.

Quod attinet ad sponsalia de praesenti, inquirenda sunt officia conjugatorum. c. 7. C. XXX. qu. 5.

Matrimonium est contractus juris naturalis, juris civilis et evangelici.

Sponsalia sunt contractus juris naturalis recogniti ab ecclesia, sed neque juris civilis Romani, neque votum juris Canonici. *Devoti,* Institt. de matrmon. §. 103. 117.

Non sufficit ad sponsalia consensus sponsorum, sed desideratur consensus parentum.

c. 12. C. XXXII. qu. 2.

Matrimonium sacramentum fit sine consensu parentum, sed dissentientibus parentibus peccant conjugati.

resp. finem matrimonii. post c. 2. C. XXXII. qu. 2. dictum Gratiani et in c. 3. 6. ejusd. causae.

Matrimonium conjungere — s p o n d e r e. C a t e c h. R o m. p. 2. c. 8. §. 6.

Proclamatio matrimonii est ex locorum consuetudine instituenda, sed ipsa tanquam essentialis a synodo Trid. Sess. 24 de reform. matr. confirmata.

Devoti, Institt. de matr. §. 147. not. 5.

Bonus usus mali, hoc est bonus usus concupiscentiae carnis, quo bono adulteri male utuntur.

c. 4. C. XXXII. qu. 1. (*Augustinus*).

Matrimonium clandestinum.

X. lib. IV. tit. 3.

Concil. Trid. Sess. 24. de reform. matrim. c. 1.

Matrimonium conscientiae non est clandestinum. *Devoti*, institt. de matrim. §. 108.

Matrimonium infidelium non est sacramentum, sed est legitimum: — matrimonium protestantium autem a catholicis et in causis catholicis quasi sacramentum habetur, quia discrimen est inter infideles materiales et haereticos solum formales et toleratos. *Devoti*, institt. h. l. §. 106.

Matrimonium legitimum simul et ratum. Jus Canonicum non requirit quandam solennitatem in perficiendo matrimonio, consensus sponsorum de praesenti solus sufficit, ut fiat sacramentum: sed ne existant impedimenta, desideratur.

Si quid respublica contrarium statuit, matrimonium potest esse legitimum sed non ab ecclesia ratum.

Ubi vero Concilium Tridentinum publicatum est, ne solennitas quidem i. e. benedictio praescripta est, quae omnino laudabilis est, sed declaratio consensus in f a c i e ecclesiae i. e. coram parocho proprio et duobus testibus.

In certis locis Concilium Tridentinum non esse publici juris factum praesumitur.

Non raro falsa adducuntur a scriptoribus protestanticae fidei addictis, e. g. a *Bienero* in ephemerid. juris germanici a *Reischero* et aliis editis, ab *Oppenheim* in ephemerid. a *Doveo* communicatis.

Matrimonii perfectio. Consensus facit matrimonium: — animus, non corpus et coitus.

c. 1. 2. C. XXVII. qu. 2.

Duplex tamen est perfectio, sive matrimonium est, sive bene est. Accedit ut ea, quae ad annullationem matrimonii pertinent, non solum ex perficiendo, sed ex consummando matrimonio fluant.

V. sponsalia.

Opus *Turrecrematae — Fontanini*, et *Bernard. Papiens.* *Tancredi* opera de matrimonio.

Denique mores quoque et honestas conjugatorum disquirenda sunt, quippe quae notas juridicas recipiant. *Augustinus*, *Gregorius*, *Hieronymus*, *Ambrosius* de hac re egerunt.

Matrimonii doctrina tempore Gratiani jam ita firma stetit, ut omne, quod ex Decretalibus sequitur, solummodo tendat ad solvendas quasdam controversias, quae temporum cursu erant provocatae.

Tituli Decretalium sunt: de sponsalibus et matrimonio, de desponsatione impuberum, de sponsa duorum, de conditionibus etc. Qui clerici matrimonium contrahere possunt, de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium, de conjugio leprosorum, servorum — de natis ex libero ventre, de frigidis, de matrimonio contracto contra interdictum ecclesiae — qui filii sint legitimi, qui matrimonium accusare possunt, de divortiis, de donationibus inter virum et uxorem, de secundis nuptiis.

Medicus — ejus officia de religione in exercendo munere. *Ferr.* s. h. v.

Menantes i. e. Ducentes (lingua gallica) scriptores de Avisi (*Brancati*).

Mensa i. e. altare — mensa mystica, sepulcrum τράπεζα ἱερά, μυστική, φρικώδης, *du Fresne* gloss. V. altaria fixa vel portatilia seu gestatoria.

Mensa episcopalis: v. *du Fresne*, ed. *Henschel* s. v. mensa.

Mercatus (Wochermärkte) a nundinis distinguuntur tam a Doctoribus quam in ecclesiasticis constitutionibus.

Bened. XIV. const. ab eo tempore §. 11.

Mercatus sunt de rebus minoribus, et singulis hebdomatibus a vicinis fiunt. §. 16.

Hi prohibentur fieri diebus festis.

Meta dicitur a metior, et est finis et terminus agri vel cujuscumque rei: reperimus meto, metis, quod ponitur pro collectione messium — dum tua rura metis, vicinis parcite metis. gl. ad Clement. 1. V. 3.

Metatus aut gistii intelligitur ipsa hospitalitas, qua necesse erat excipi ac procurari seu nutriri ab episcopis, abbatibus Reges, officiales palatinos, legatos.

Thomass. s. v. metatus.

Metoposcopia est superstitio v. *Ferraris.*

Metu contractas obligationes jure naturae esse nullas, non est, quod dubitetur. *Hefele*, Conciliengesch. t. II, p. 614.

Micrologus. *Rosshirt*, canon. Recht. p. 653.

Militia apud *Ferraris* s. h. s. Equites apud *Thomass.* s. v. equites.

Militia: eo nomine Officiales domus *Augustae* significari docet *du Fresne*: — milites illi fuere, qui principi in qualibet dignitate palatina vel civili vel militari serviebant — appellatio militis hoc sensu in chartis Anglo-Saxonum ab anno 806. et deinceps reperitur, uti testatur *Seldenius.*

Minister sacramenti num ad solennitatem matrimonii pertineat?

Benedict. XIV. d. s. d. lib. 8. c. 13.

Ministerium ecclesiasticum apud Catholicos officiis clericorum inhaeret, suppletur monachorum contemplatione operibusque.

Miraculum: definitio in glossis et in *Ferrari* bibl.

Missa: unde vocabulum descendit: Vid.

Rosshirt jus canonicum v. Index. *Hefele*, Concilien-Geschichte II. p. 614. Decretum Gratiani de consecr. dist. 1.

De re ipsa haec observes quaeso.

„Praerequisita ad missae sacrificium, locus, altare, vasa sacra ac primum de calice — vestes sa-

cerdotales, earumque colores, varia missae genera, publica, privata, votiva, pro defunctis.

Praeparatio ad missam sacerdotis, ejus ingressus ad altare, de confessione facienda, de introitu, Kyrie eleison (v. κύριε), gloria in excelsis, de orationibus, epistola, evangelio et symbolo: de offertorio, et secretis, de praelatione et trisagio.

Discernuntur:

Ordo missae et

Canon missae usque ad consecrationem,
tunc usque ad orationem dominicam,
tunc de communione sacerdotis, de communione populi,
deinde de oratione post communionem et reliquis usque ad finem missae.

Omnes explicationes in applicanda missa profert *Mooren* Canonicus ad *S. Cunibertum.* melius rem tractavit *Mooren* quam alii e. g. *Fornici* in compendio liturg. Illius expositionem missae curavit *Maria de Monte* (nomen suppositicium) *Augustae Trevirorum* 1847. etc. Profert ille, num pro Acatholico missa petatur, si missa in domibus et oratoriis privatis celebranda sit etc.

Missa — sacrificium εὐχαριστία — est vel solemnis vel privata — bassa, aurea, bifaciata, Gregoriana, sicca, nautica, praesanctificatorum, v. *du Fresne* ed. *Henschel* et nostram partem secundam hujus operis sub voce „liturgia". ad hanc rem quasi pertinet libellus officialis: est instructio, quam recipiunt presbyteri, si in parochiis ordinantur, ad ecclesias sibi deputatas, ne per ignorantiam in divinis sacramentis Christum offendant: sed non sunt missalia, ut *Böhmerus* ad c. 2. dist. 38. suspicatur.

Sacramentariis, antiphonariis, et ordinibus Romanis successit liber missalis, rubricas omnes totiusque missae ordinem complectens. Expositio S. missae juxta dictata *Mooreni* c. p. 22.

Missae tres in natali. gl. ad c. 3. X. III. 41. V. Natalis Christi. *Thomass.* III. lib. 1. c. 74. nr. 6.

Missarum natura. Uti ecclesia catholica tanquam visibilis recognoscitur, realiter existit, ita haec fides christiana in missae sacrificio perficitur. Missa est incruenta oblatio quae Deo fit, in qua Christus ipse est sacerdos et oblatus, et omnes ii, qui testes sunt christianae veritatis, per martyrium oblatum in orationibus sacerdotis vivum praestant documentum historiae. Apostoli et Martyres, tam masculi quam feminae in missa quotidie celebrantur per orbem — Petrus, Paulus, Andreas, Jacobus major et minor, Thomas, Matthaeus, Linus, Cletus, Clemens Romanus, Ignatius, Alexander — Agatha, Lucia, Caecilia, Anastasia.

Est mysterium sufficitque cultui divino.

Missale — Liber ecclesiasticus, in quo continetur missarum officium, appellatur plenarium cum sacramentario; (*Leonianum, Gelasium, Gregorianum)*, augetur ex tribus libris — antiphonarium, lectionarium et evangeliarium.

Novum et nunc vigens missale ex Concilio Tridentino sub *Pio* V. perfectum et revisum sub *Clemente* VIII. et *Urbano* VIII. continet

1) praeparatoria in Calendario, in rubricis generalibus (v. rubricae), in summario ritus et in defectibus,
2) proprium missarum de tempore deductum secundum annum ecclesiasticum,
3) proprium missarum de sanctis,
4) commune sanctorum quasi additamentum,
5) accessiones varias. *Lexic. Friburg.* vol. 6. p. 512.

Missae officium ipsum in missali Romano continetur in festo resurrectionis.

Varia ibi invenies vocabula, si non solum ordinem et canonem et singulos actus respexeris: sed etiam lectiones, symbolum, orationes, commemorationes, verba transsubstantiationis — graduale, tractus, deinde vestimenta presbyterorum et episcoporum —paramenta, amictum, albam, cingulum, manipulum, stolam, casulam — caligas, cappam, tunicellam, dalmaticam, chirothecas, planetam, mitram, annulum cordis. Cantum in missis celebrandis diversum singulorum festorum describit et

explicat notisque musicis ordinat missale Romanum. V. *du Fresne.* casula — planeta — idem.

Missionarii — varia privilegia habent a sede Apostolica. *Ferraris.*

Mitigationis causae.

Mixturam habeat pietatis causa cum rigore justitiae. Miscenda est ergo lenitas cum severitate, faciendumque quoddam ex utroque temperamentum, ut neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate solvantur.

c. 9. 10. dist. 45.

Ex quo principio omnia fluunt, quae in tit. Decretalium de homicidio voluntario et casuali constituta sunt, et ex quibus jus criminale hodiernum fundamentum mitigandi cepit.

c. 6. X. de hom. V. 12.

Partim jure gallico satis strenuo, et quodammodo reformatore ex principiis reactionis criminalis, partim philosophiâ recentiore germanicâ e. g. *Feuerbachii* — plurima in hoc doctrina mutata sunt, sed haec omnia non respondent moribus christianorum populorum.

Mitra, cidara bicornis, infula episcoporum, v. *Phillips* comp. jur. p. 359.

Mitrae i. e. almucia canonicis cathedralibus concessa.

Μοιχεία est adulterium. V. *Dirksen* s. v. moecha.

Moenia, i. e. aedificia — et proprie dicuntur moenia aedificia murorum civitatis dicta ab eo, quod civitatem muniunt — omnia publica aedificia et interdum privata a moenio, moenis i. e. aedifico, aedificas.

gl. ad c. 17. in VI⁰. I. 6.

Mollities v. luxuria.

Monachae. Moniales — „Monache" (apud Italos) distinguuntur in quatuor ordines

a) monache in cura de preti secolari,
b) istituti particolari,
c) oblate senza clausura,
d) monache in cura de Regolari.

(Domenicane, Minori osservanti, Minori Cappuzine, Carmelitane scalze — Servite).

Monachi. Eorum origines et progressus apud *Rupprecht* not. hist. tom. III. Primaria et quasi fundamentalis Monachorum pristinorum regula fuit evangelium ipsum, quod exhibet summa concilia christianitatis.

Hieronymus de Coenobitis sui temporis loquens ait: prima apud eos confoederatio est obedire majoribus, et quidquid jusserint, facere. Divisi sunt per decurias atque centurias.

Quamvis monachi ecclesiae graecae et latinae post *S. Antonium* strictissimam castitatem, paupertatem et obedientiam servarent, has tamen explicite non voverunt.

Postquam distinctio illa votorum in solennia et simplicia recepta fuit ex *Gratiano*, prioribus vis indita matrimonia postliminio contracta dissolvendi, tunc Romani pontifices juxta hanc votorum distinctionem responderunt.

X. IV. 6. c. 3—7.

Ex disciplina Monachorum in communi viventium ortum est votum solenne paupertatis et ex familiarum statu votum obedientiae.

Monachi investitores dicebantur, quia jus conferendi ecclesias suas exercent. (incorporatio ecclesiarum).

c. 1. C. XXVI. qu. 2.

Monachorum distinctio in monachos proprios et in fratres. Inter illos recepti sunt „Basiliani, Cassinesi, Camaldolesi, Vallombrosiani, Cisterciensi, dicti della trapa — Olivetani — Silvestrini, Girolamini, Certosini, Antoniani Caldei, Antoniani Maronitae, Armeni. Inter hos (frate) Domenicani, Minori osservanti, riformati, conventuali, cappuzini, terzo ordine di S. Francesco — Agostiani (scaezi) Carmelitani — servi di Maria — Trinitari — Minimi". —

Notizie per l'anno 1859. 1860. Roma.

V. librum celeberrimum de jure Regularium Auct. *Bouix.* Paris 1857.

Monachorum religio ager dominicus appellatur. Clem. 1. III. 10.

Monachorum et Monialium vestes et vocabula earum ex latinitate medii aevi desumta clem. 1. 2. III. 10. e. g. sendalum vel sandalum, foderatum etc. V. apud *du Fresne.*

Monarchia

a) in rebus ecclesiasticis — Christus non communitatibus et societati christianae, sed Apostolis eorumque successoribus et inter ipsos Petro ejusque successori potestatem ecclesiasticam transtulit. *Phillips*, comp. jur. eccles. §. 53.

b) In rebus publicis Christus de hac re nullo modo disposuit, hoc solummodo ordinavit, ut potestas saecularis fidei christianae et quod inde fluit christiano regimini nequaquam resistat.

Moniales, earum finis, ordo etc. *Ferrar.* V. Moniales.

Mons frumentarius Anal. jur. pont. 18 livr. p. 2709.

Montes pietatis sunt aeraria piorum hominum liberalitate ad hunc finem erecta, ut ad ipsa tanquam ad montem confidenter refugere possint indigentes et ea in promptu sint ad mutuandum sub pignoris cautione.

Mores boni

a) apud Romanos — consuetudo vitae actusque honesti — opponuntur turpitudini vitae actibusque indecoris — saepius respondent principiis philosophicis forsan Stoicorum.

b) In jure Canonico ea, quae contra bonos mores sunt, ad id spectant, quo inducitur peccatum secundum principia theologiae moralis. Reg. 58.

Mortis articulus: ibi constituti quorumcumque peccatorum absolutionem et censurarum relaxationem a quocumque presbytero obtinere possunt.

Bened. XIV. in const. Pia mater.

Moyses et Aaron — Moyses vicarius Dei: Aaron summus sacerdos.

c. 1. dist. 49.

Sacerdotis vitia ibidem: nasus enim grandis et tortus, est discretionis subtilitas immoderata,

quae, cum plus quam decet, excreverit, actionis suae rectitudinem ipsa confundit. §. 3. c. 1. dist. 49. cf. dist. 55.

Mulieres, quae apud Graecos presbyterae appellantur, apud nos viduae, seniores, univirae, matricularíae appellantur.

c 19. dist. 32.

Quaecumque mulier, religioni judicans convenire, comam sibi amputaverit, quam Deus ad velamen ejus et ad memoriam subjectionis illi dedit, tanquam resolvens jus subjectionis, anathema sit.

c. 20. dist. 30.

Si qua mulier suo proposito utile judicans, ut virili veste utatur, et propter hoc viri habitum imitetur, a. s.

c. 6. dist. 30.

Votum solenne — minus solenne an impediat matrimonium vel dirimat?

c. 6. 7. IV. 6.

Rupprecht sub tit. de regular.

Mulieres constat subjectas dominio viri esse; nullam auctoritatem habent, nec docent, nec testes sunt, nec judicant.

dist. 33. de poenit. qu. 5. c. 15.

Mulieres subintroductae v. subintroductae.

Mundus v. *Ferrar.* explicatus ex doctrina Evangelii et valde diversus a cosmo constructo ex operibus *Humboldtii* et aliorum.

Munimenta i. g. privilegia et instrumenta et omnia, per quae potest causa muniri.

Gl. ad c. 1. in VI⁰. II. 15.

Murmuratio. V. Peccata.

N.

Natalis — festus dies sanctorum, a Christianis cultus, *duFresne.*

Natalis — dies solennis seu anniversarius, quo quis in dignitate quapiam inauguratus est.

Natalium causa ad forum ecclesiasticum pertinet, et prius est finienda, quam hereditatis petitio.
c. 3. X. da ordine cogn. II. 10.
c. 5. X. qui filii s. legit. IV. 17.

Nathinaei — subdiaconi, apud Hebraeos portabant oblationes ad altare, ut nunc subdiaconi. c. 1. dist. 21.

Nationalismus — in studiis generalibus — Parisiis, Pragae, Viennae, postea pennalismus. Cf. scriptores rerum, quae occurrunt apud scholares universitatum. (v. infra nostram dissertationem).

Nativitas Christi. Diu fuit Romanae uni ipsi ecclesiae singulare, quod ter missam in Christi natali celebrabat. *Thom.* III. lib. 1. c. 74. nr. 6. v. missae tres.

Nativitas Domini. Ex die olim singuli communicabant. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 5. c. 1. §. 7.

Necessitas, v. *Ferraris.*

Necromantici, (magorum praestigia).
c. 14. C. XXVI. qu. 5.

Negativa est triplex — facti duplex. gl. ad c. 23. X. I. 6.

Negativa probari nec potest nec debet, nisi quis se purgare coactus est.
c. 23. X. de elect. I. 6. c. X. 2. de calum. V. 2.

Negatores, traditores. v. *Drey*, Untersuchungen über die Constitutionen und Canonen der Apostel p. 316 ff. canon. Apostol. 62.

Negotiatio, quae clericis permissa, quae negata. *Thomass.* s. h. v.

Negotiator — Clerici cupiditatis causa negotiatores esse non debent. dist. 88.

Negotium saeculare — clericale. Vetiti sunt clerici in recipiendis negotiis saecularibus. Deserviunt negotiis clericalibus, inde deservitor, deservitura, deservitum. Deservitor est vicarius, debet ecclesiae et populo in pastoralibus deservire. Inde „deservant“ in jure canonico Gallico — est vicarius amovibilis: talis parochia appellatur deservitoria v. parochia. (Articulus novus alienae manus apud *Ferrar.*) — Honorarium advocati quoque appellatur deservitum. V. annus deservitus.

Neophytos arcet episcopus Paulus, sed quodammodo neophyti admittuntur. *Thom.* s. h. v.

Noctua nocte videt, lex huic excaecat ocellos, c. 3. extrav. comm. de maj. et obed.

Nomen mahumetanum assumere certe non licet ad occultandam Christianorum religionem. *Ferrar.* V. fides. — additiones.

Ceterum cognomen non est res christiana, uti pronomen. *Bened.* VIV. d. s. d. lib. 13. c. 20. §. 8. 13.

Nomenclator V. *du Fresne.*

Nominatio canonica gl. ad c. 3. X. I. 5. nominatio sola nullum jus acquirit nominato: nominationi non inest pactum c. 28. X. de elect. I. 6. aliter in jure patronatus — semper ea valet, cui episcopus consentit, sive sit prior, sive posterior: sed si episcopus non consenserit, patronus ex pacto tenetur. c. 20. X. de jure patr. 3. 38.

Nonnus — monasterii praeses. *Hefele,* Conciliengeschichte. IV. p. 25.

Nosocomia, v. loci venerabiles.

Notarius regionarius — subregionarius, qui regioni adscriptus est, (Bezirksnotar). Lib. diurn. p. 54.

Notorium

a) jure Germanico — non eget probationibus. c. 3. X. de testib. cog.

b) jure Canonico — scandalum, quale non ignorant plures, quam quinque personae — opponitur occulto. Necessaria est in scandalo clericorum purgatio, quae vero indulgeri potest ab ecclesia in delictis occultis.

c. 7. 8. X. de cohab. cleric. III. 2.

Novendiales dies ante nativitatem Domini, i. e. in novem dies ante n. d., *Ferr.* ind. rttuum.

Novitiatus annus institutus est, ut religio probet mores novitii et novitius austeritatem religionis.

Noxia. Noxa, gl. ad c. 20. X. III. 31.

Numerus — senarius, septenarius est perfectus. Gl. ad prooem. in VI°.

O.

Obedientales, olim dicti Punctatores. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 4. c. 3. ed Mog. I. 262.

Obedientia complectitur officia omnia clericorum sub. tit. de maj. et obed.

In specie omnia officia monastica, quae per obedientiam injunguntur vel conferuntur, ita ut ipsum munus abbatis obedientia sit. V. majoritas.

Obedientia manualis.

c. 6. 11. X. de maj. I. 33.

Obedientiae erant minuscula monasteria in abbatiae alicujus ditione posita, et ad augendos abbatiae reditus vel data vel comparata. *Thomass.* s. h. v.

Oblata — formata et sacrata est hostia consecrata. Ordo Roman.

Oblati et qui donati appellantur, quamvis non sint religiosi, tamen eximuntur ab jurisdictione episcopi, si actu inserviant suae religioni.

Bened. d. s. dioec. lib. 6. c. 3.

Oblatio appellantur res fidelium, quia Domino offeruntur.

c. 16. C. XII. qu. 1.

c. 1. dist. 21.

Oblatio sacerdotum: defunctis prodest.

c. 22. C. XIII. qu. 2.

Observantia vana est superstitio. *Ferrar.*

Obsides i. e. fidejussores vinculo obstagiali adstricti. c. 9. X. II. 24.

Obstetricum manus saepe fallitur et oculus, c. 14. X. de prob. II. 19.

De hac re constituit Honorius III ad corroborandam probationem virginitatis (probatio artificialis).

Octava: dies octavus a festo dominico aut sancti alicujus, quo tota solemnitas clauditur.

du Fresne. Ferraris.

Occultatio fidei cum simulatio Mahumetismi damnatur. *Ferr.*
Occultum v. notorium et conscientia informata.
Octavarium Romanum a Gavanto pro celebrandis cum Octava festivitatibus elaboratum. vid. *Ferr.* ind: rituum 187.
Oculus triplex:
a) mentis purus,
b) corporis pudicus,
c) administrationis providus.
Gl. ad c. 23. in VI°. I. 6.
Oculus — quod attinet ad irregularitatem, sed oculus canonis i. e. sinister non facit irregularitatem: impudicus oculus impudici cordis est nuncius c. 12. C. XXXII. qu. 5. *Ferr.* s. v. oculus.
Oeconomus, in Concilio Chalcedonensi c. 26. et Nicaeno II. c. 11. statutum est, ut in unaquaque ecclesia cathedrali oeconomus institueretur a clero ecclesiae illius eligendus. V. Vicedominus.
Oecumenicum — concilium.
Oecumenicus — patriarcha Constantinopolitanus.
Officiales non erant in Gratiani decreto, sed postea Gratiano aequalis *Alexander* III. eos memorat.
Thom. I. lib. 2. c. 8. nr. 1. c. 9. nr. 4.
Officialis — clericus, qui ecclesiam deservit, sacrorum minister, cui datur beneficium: sunt archidiaconi eorumque socii — oeconomi etc.
Officialis bellicus i. e. officialis militum — officier.
Officium sanctorum — singula festa. *Ferraris* ind. rituum.
Oleum pro infirmis. *Devoti* de extrem. unct. §. 88.
Oleum ad chrisma. *Devoti* de confirm. §. 38.
Oleum ad catechumenos. *Devoti* de bapt. §. 33. n. 10.
Omen — superstitio.
Oniromantia est superstitio *Ferr.* nr. 25.
Operarii — messis multa — operarii pauci c. 5. extrav. comm. de praebendis.
Opinio — opinio probabilis. *Ferr.* probabilismus.
Opiniones doctorum hodie probabilem tantum obtinent auctoritatem — neque obligantem. Majorem vim habent opi-

niones patrum et doctorum ab ecclesia receptorum in interpretandis scripturis sanctis. dist. 9.

Opus operatum — in doctrina sacramentorum.

Opus operatum.

In vetere testamento mysteria fiebant ex opere operantis — in novo ex opere operato; nam sacramenta novi ordinis ipsa gratiam conferunt, et operans, ubi necesse est, solummodo minister est neque auctor et fons sacramenti.

Lupoli jus eccl. tom. III. p. 19.

Oracula vivae vocis sunt concessiones privilegiorum seu gratiae s i n e s c r i p t u r a. *Ferr.*

Oraculum superstitiosum. *Ferr.* superstitio nr. 32.

Oraculum sanctionis i. e. responsum — quia orando vel precando impetratur. gl. ad c. 7. in VI⁰. I. 6.

Orarium levita gestat in sinistro humero, propter quod orat i. e. praedicat, dextra autem oportet eum habere liberam — seu s t o l a m.

c. 27. dist. 23. c. 3. dist. 25. ibique *Böhmerus.*

du Fresne. Freiburger Lexicon VII. p. 805.

Oratio Theodosii.

gl. ad Clem. un. III. 16.

Orationes et lacrymae sunt arma ecclesiae.

c. 2. 3. C. XXIII. qu. 8. et *Gratianus.*

Orationes funebres reprobatae et concessae. *Thom.* s. h. v.

In oratorio publico quaenam functiones parochiales cum licentia parochi et sine ea fieri possint?

Sess. 22. de observandis et evitand. in celebr. missae declar. nr. 8.

Oratorium privatum.

c. 34. dist. 1. de consecr.

Campanae num sint recipiendae?

c. ult. X. de privil. V. 33.

Ordinarius i. e. judex — est episcopus. De ordinario et delegatis. *Bernardus Pap.* summa lib. 1. tit. 23.

Ordinatio v. Provisio.

superordinatio c. 1. C. VII. qu. 1.

praeordinatio c. 11. dist. 4. de poenit. v. superordinatio et praeordinatio.

Ordines clericorum c. 1. dist. 21. — majores appellantur sacri: episcopus, qui renunciavit episcopatum, non amittit potestatem sed executionem, ideoque ordines sacros conferre non potest. *Bernard. Pap.* summa lib. 1. tit. 7.

Ordines militares. *Rupprecht* not. hist. tom. III. p. 328 seq. Equites ordinum militarium poterant esse conjugati. *Thom.* I. lib. 2. c. 65. nr. 7.

Ordo judiciarius — in omnibus controversiis civilibus et canonicis est observandus: in causis matrimonialibus et criminalibus non usquequaque: quia lite non contestata testes jam recipiuntur. c. 1. X. ut lite non cont. II. 6.

Ordo judiciarius summarius. Non est a *Clemente* V. introductus, sed jam temporibus *Innocentii* III. et praedecessorum subsistebat: sed a *Clemente* V. illae celeberrimae constitutiones latae sunt, quae processum summarium et ad alias causas quam criminales et matrimoniales applicabant: neque vero ordinem judiciarium consuetum tollebant.

Ordo missae: opponitur canoni missae: V. missae.

Organum. *du Fresne. Ferraris.*

Originarius — Originalis, qui opponebatur servis noviter acquisitis. V. *Candidus.*

Originarius, qui ad operas quasdam tenetur, sed vendi et alienari ut servus non potest — adscriptitiae conditionis. *Bernardus Pap.* summa p. 294.

Origines. c. 6. C. XXIV. qu. 2.

Si ad tempora *Theophili* sanctae memoriae vel ulterius quis recurrerit, etiam Originem inveniet post mortem anathemizatum. Causa XXIV continet doctrinam de excommunicatione post mortem.

Origines hierarchiae,

a) primatus,

c. 1. dist. 22.

b) patriarchae (Africa — Alexandrinus — Asia — Antiochenus — Europa et Occidens i. e. Roma)
c) accesserunt Constantinopolis i. e. nova Roma.
c. 3. dist. 22. et insuper ille patriarcha — quasi ab origine natus — Hierosolymitanus.
d) Exarchae. (Ephesus. Heraclea. Caesarea). Cyprus exarcha minor.
Carthago caput Africanae ecclesiae in tempore posteriori,
e) vicarii pontif. Romani, archiepiscopus Thessalonicensis et Arelatensis, sed hic inprimis tanquam praepositus Galliarum.
f) Patriarchae minores nostri temporis.
g) Primates gentium.

Orphanotrophia v. loci venerabilis.

Os bovis triturantis non ligari debet. (Deut. 25.) c. 20. X. de praebend. III. 5.

Osanna — est vox obsecrantis magis affectum significans, quam rem aliquam exprimens. gl. ad c. 1. X. 1. 1.

Ostensorium, pyxis et corporalia, quae immediate inserviunt S. S. Sacramento, debent benedici. *Ferraris* ind. rituum.

Ostiarius — cui ostii seu portae cura incumbebat, — primus gradus ordinis ecclesiastici:

Videas ordinem Romanum. Sacramentarium *Gregorii M.*
Jam verba facta sunt in epistola S. Ignatii ad Antiochenos et in concilio Carthag. IV. can. 9.

P.

Papulatio in bello et terra hostili, pascua in pace. *Ferr.* s. v. pabulatio.

Pactionem in donatione spiritualium posse intervenire et conditiones pactioni interpositas dicit gl. ad c. 5. dist. 50.

Pactum — (pactio) — si erat firmatum jurejurando, ita validum erat, cum negotium in ipsum jure civili nul-

lum esset. Sed etiam ex principiis voti, obligatio civilis et canonica constituebatur, si votum non erat redimendum. Erat redimendum, si jura alterius illo voto laesa erant.

c. 1. X. de pactis I. 35.

Pacta quoque nullam vim habent, quando sunt immoralia e. g. pacta in spiritualibus facta.

Sed comparare velis Art. priorem.

Pactum quoque appellatur professio monastica; v. *du Fresne*.

Pactum francandi est contractus, quo Titius vendit praedium Sempronio cum pacto redimendi fundum, quem non tradit Sempronio sed sibi retinet tanquam conductor, solvitque mercedem conventam, donec rem redimat.

Bened. XIV. d. syn. dioec. lib. V. c. VIII. nr. 3.

Palatia regia. *du Fresne*, ubi vocabula latina locorum reperiuntur, quae in lexicis latinis prolata non sunt.

Palla altaris dicitur vestis, qua altare cooperitur, videlicet lineus pannus consecratus, qui super altare ponitur, super quem extenditur corporale. V. *du Fresne*; videas ibidem quoque vocabulum „corporale."

Pallium. Palleum — metropolitis et archiepiscopis concessum. *du Fresne* tit. X de auctorit. et usu pallii I. 8. Compendia jur. can. Graeca voce appellatur ὠμοφόριον inprimis inspiciendus est *Ponsio* tit. de auct. et usu pallii 1. 10.

Pallium, cur de corpore B. Petri assumi dicatur gl. ad c. 4. X. I. 6.

Richter aliam sententiam tenet in jure eccl. ed. V. ex falsissimo decreto, quem errorem refutavit *Walter* in ephem. Colon. 1861. nr. 52.

Pallium vid. Libr. diurnum, in quo est singulare capitulum et dissertatio praecipua.

Graeci episcopi omnes habent pallium.

Devoti de patriarch. §. 42—45. V. Pileus — *Ferrar.* Index rituum.

Palmae i. e. palmarum dies sic dictus dominicus ille, qui Paschati antecedit.

Pange lingua. *Freiburger Lexicon.*

Papa patrum — jam ab aetate *Constantini M.* data est haec appellatio episcopis et praecipue Pontifici summo. Lib. diurn. p. 54.

Parabola — parole in lingua gallica. *du Fresne* c. 10. X. de usur. V. 19.

Parafraenarii — (stapedarii) quia in assiduo sunt motu ministerioque funguntur laboriosiori, brevioribus ac magis expeditis vestibus uti possunt, etiamsi fuerint clerici. Conc. Lateran. sub *Leone* X. 1514. Sess. 9.

Paramenta sacra, missae, ecclesiastica, altaris v. *Ferraris.* V. color.

Paranympha — matrona, quae sponsam comitabatur.

Paranymphus — vir ejusdem condit. *Klotz.*

Sponsus et sponsa cum benedicendi sunt a sacerdote, a parentibus suis vel a paranymphis suis offerantur. *Regino*, lib. 2. c. 153. (ed. *Wasserschleben*). *Burchard.* l. 9. c. 6. 7.

Parasceve. V. *du Fresne;* feria sexta ultimae vel cujuslibet hebdomadis. (Charfreitag κατέξοχήν.)

Parata — mansiones.

c. 9. C. X. qu. 1.

Parata erant expensae, quae in episcoporum et archidiaconorum susceptionibus a presbyteris ecclesiarum ruralium fiunt, dum ii dioecesim visitant: erant tempore posteriori pecuniarum praestationes.

Mansiones praestationes rerum naturalium.

Paratae i. e. procurationes et cathetradicum. *Bened.* XIV. d. s. d. (ed. *Mogunt.*) I. p. 353.)

Parentela. in parentela propria et conjugis eadem observanda est consanguinitas. c. 14. C. XXXV. qu. 2. 3. ideoque, si adoptio adest, cognati in linea recta connubii jus non habent, licet ipsi cognati non sint.

Parochia — erat terrae ambitus — territorium, terminatio, episcopi jurisdictioni subjecta.

Erectis ecclesiis baptismalibus ruri, quibus praeerat presbyter tanquam proprius, huic territorio concessum est vocabulum „parochia". Territorium episcopi ab

origine quoque erat parochia, cum dioeceses aliam significationem haberent. Sed tunc remansit dioecesis territorio episcopi.

Prioribus temporibus sacerdotes inferioris ordinis sive presbyteri in magnis urbibus quasi expositi erant, uti *Innocentius* I. in epistola ad Decentium, Episcopum Eugubinum notat.

can. 1. C. XIII. qu. 1.

Apud *Bernard. Pap.* distinguuntur ecclesiae baptismales et parochiales ad tit. de decim.

Parochi. *Nardi* dei parochi.

Bouix de parochis.

Non sunt a Christo ipso instituti, nam distinguuntur ab episcopis.

Devoti de paroch. §. 87.

Parochi — habituales, sunt capitula, collegia, monasteria, literarum universitates.

Actuales — qui habent curam animarum: vicarii perpetui ab habitualibus missi, vicarii temporarii — revocabiles, vicarii manuales i. e. certo tempore revocabiles.

Parochia in libro diurno est episcopatus — adjacens parochia est ecclesia adjacentium civitatum.

Inde origo et progressus notionis parochiae. Lib. diurn. pag. 56. in notis.

Parochiarum erectio.

Quum monasteriis capitulisque cura animarum per certa territoria remitteretur et ab ipsis parochi constituerentur, monasteria et capituli parochi ipsi fiebant et cum vicarium perpetuum ad curam mittere vellent, parochi primitivi appellati sunt.

Chorepiscoporum quoque territoria parochiae erant.

Denique episcopi parochos emittebant. Hisce episcopatus stationibus responderunt plebes ideoque parochus nomen tulit plebani.

Parochus proprius i. e. competens eodem modo, quo est judex vel forum competens: parochus proprius in ad-

ministrandis sacramentis poenitentiae, matrimonii etc *Knopp* in libello de poenitentia, de matrimonio.

Parochus deservitor est vicarius. V. negotium.

Parochus, v. Xenoparochus.

Pascha est quodlibet magnum festum: e. g. pentecoste vel pascha rosada apud Italos et Hispanos, quia incidere solet in tempus rosarum.

In sensu speciali est pascha festum resurrectionis.

Pastillum — quaedam remuneratio. *Hefele*, III. p. 54.

Pastophorium — custodum et ministrorum templi domicilium.

Devoti de rebus sacr. Institt. §. 15. — sacrarium — cellae parvae, *du Fresne*.

Drey, apostol. Constit. p. 111.

Patria potestas. De hac re secundum doctrinam christianam disputat. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 9. c. 11.

Quid valet p. p. in sponsalibus impuberum filiorum contrahendis?

c. 1. X. de despons. impub. IV. 2.

Pater filios alere debet, etiamsi ex injusto coitu prodeunt. c. 5. X. de eo, qui duxit in matr. IV. 7.

Pataria. *Freiburger Lexicon.*

Patriarchae — patrum principes.

Devoti, de patriarch. Instt. §. 33.

Tres erant Patriarchae a Petro ipso instituti, in Asia, Africa, Europa: Antiochenus, Alexandrinus, Romanus.

Hierosolymitanus ab ecclesia primaeva Christianorum — Constantinopolitanus quasi Neo Romanus solummodo titulum Patriarchatus receperunt.

Nunc Patriarchae revera titulati: — concessus titulus episcopo Gradensi et Aquiliensi — tunc Ulliponensi et Indiarum Archiepiscopis.

Denique Patriarchae „de Greci Melchiti, de Maroniti, de Siri, dei Caldei, degli Armeni“ — quarumdam nationum Catholicarum.

Craccas 1859. p. 86. 87.

Patrimonium Petri — est dominium territoriale et saecu-

lare ecclesiae, cui praeest vicarius Christi ad usum omnium famulorum ecclesiae, et dispensat: — incolae vero hujus territorii municipalibus et aliis libertatibus gaudent, nullum autem in administranda republica jus habent, quod illa terra omnium ecclesiae famulorum est. Quae omnia non deduci possunt ex ratione philosophorum, sed ex factis historicis ecclesiae Catholicae, quae et doctissimis viris non raro incognita vel non satis probata sunt.

Scharpff, die Entstehung des Kirchenstaats, Freiburg im Breisgau 1860. Civiltà catholica anno decimo.

Patrimonium Petri in Aemilia. V. Aemilia.

Patrimonium Petri in Tuscia.

C. un. de major. in extravag. *Joannis* XXII. Nostris temporibus, in quibus nil stat firmum, non solum hierarchia ecclesiae, sed etiam ejus temporalia malis hominum tentaminibus caduca videntur.

Patrini, susceptores, sponsores, fidejussores — in baptismo. v. compater — commater.

Patronus et advocatus — distinguitur ab officio solius advocati. Advocatus Vogt — in jure civili Beistand, consiliarius juris.

Moy et Vering, ephem. novae collectionis tom. prim.

Patronus — auctor fundationis, exstructionis, dotationis ecclesiae.

a) erat episcopus alterius dioeceseos, vel

b) laicus et hic vel

aa) ex patrimonio laicali, vel

bb) ex opibus ecclesiae.

ad aa) revera erat patronatus laicalis, nisi laicus ad statum clericalem ipse transiret.

In altero casu et ad a) patronus erat ecclesiasticus, et inde, si patronus ipse fuit laicus — praesertim princeps, cui concessus erat patronatus, appellabatur jus quasi regium. V. praebenda.

Rigantius ad reg. canc. Index.

Rosshirt in *Moy*, Zeitschrift. prior. collection tom. IV.

patroni ecclesiastici jura post Tridentinum diminuta.

Benedict. XIV. d. s. d. lib. 4. c. 8.

Patroni jus non potest vendi, sed inhaeret universitati rerum, cui est concessum. c. 7. X. 3. 38.

Patroni sancti — regulae eligendi patronos. *Ferraris.*

Peccatum — tribus modis admittitur. Nam aut ignorantia, aut infirmitate aut studio perpetratur, et gravius quidem infirmitate, quam ignorantia — sed multo gravius studio quam infirmitate peccatur. C. XXIII. dist. 2. de poenit.

Fontanini pag. 601 seq.

Peccatorum singulae species, *Fontanini* eod. loc.

Inprimis de murmuratione. Inter formulas administrandi sacramentum poenitentiae jam saeculo nono et decimo requiruntur octo genera peccatorum: superbia, pecc. gulae, luxuriae, avaritiae, irae, tristitiae, acediae, cenodoxiae. Hoc systema concordat cum jure canonic. *de Rozière* receuil général des formules, p. 752 seq.

Pectorale est signum crucis, quod in pectore fert episcopus.

Peculii seu livelli usus Monialibus quatenus permissus.

Bened. XIV. d. s. d. lib. 13. c. 12. §. 8.

Livello est vox italica — est scriptura pro contractu emphyteutico, feudali, dotali — hic scriptura peculii, quod attinet ad moniales.

V. *Cantu* storia in indice.

Peculium Clericorum — ejus origo. v. *Espen* jus eccles. un.v. part. II. tit. 32. c. 1.

Vox „peculium“ in Decretis non occurrit, *Bernardus* autem *Pap.* (summa de donationibus) in fine exponit: „quod vero intuitu personae, in bonis ipsius clerici computantur“, unde primum occurrit peculium patrimoniale, v. *Ponsio* de peculio. Quae res ita erat maximi momenti, quod attinet ad bona clericorum saecularium, ut de donationibus et testamentis eorum verba fieri possent.

Rosshirt in arch. jur. eccles. Mogunt. tom. I. 3. nr. 5.

Pedomantia est superstitio. *Ferrar.* superst. nr. 23.

Pennalismus, v. Nationalismus.

Pensio. Ratione proventuum fiebat diminutio beneficii, cum ei, cui conferebatur beneficium, imponebatur pensio seu onus solvendi pensionem, — pendebat a beneficio. Pensio est quaedam beneficii delibatio, qua ex eo, quod totum beneficiarii foret, pars aliqua decerpitur et alteri Clerico ex justa causa assignatur. Usus hic pensionum satis antiquus est, quarum origo referenda videtur ad concilium Chalcedonense, quo episcopo, qui alteri subrogatus erat, ipsi petenti pensio ex bonis ecclesiae seu episcopatus assignata est.

Si diminutio facta erat, priusquam beneficium conferretur, revera non erat pensio, sed erant duo beneficia.

Rigantius ad reg. 45. et const. ibidem relata *Benedicti* XIV.

vox plane diversa a significatione juris civilis, ubi pensio est merx. V. *Klotz.*

Pentecoste, gloss. ad clem. un. III. 16.

Penula — paenula St. Pauli — est sacra vestis. Act. 16. *Ligorio*, theol. mor. lib. 6. nr. 376.

Pericope. Comes v. *Kirchenlexicon Friburgense* s. v. Pericope est caput (Abschnitt). comes est lectionarium, ideoque comes clericorum. *Ranke*, das katholische Pericopensystem. Berlin 1847. *Schuh*, die biblischen Lesungen der katholichen Kirche in dem officium und der heiligen Messe de tempore. Trier 1861. Unser realstatistischer Theil s. v. Liturgie.

Periodeutae — circuitores, visitatores, si chorepiscopi dioecesin lustrabant.

Devoti, de chorep. institt. §. 50. v. visitatio.

Perquisitio — frumenti, scripturarum, thesauri, fraudis etc. *Ferraris.*

Personatus:

a) personae dignitas seu beneficium ipsum, atque ecclesia, quam quis sub personatu possidet.

Sunt Archidiaconi, Decani capituli — in personatibus et dignitatibus constituti.

van Espen in tractatu de dignitatibus et personatibus.

Bened. XIV. d. s. d. lib. 3. c. 3.

b) Personatus nomen primum in jure canonico adhibuisse *Alexandrum* III. illudque a Gallis sumpsisse tradit *Cujacius* in tit. de praeb. et dign. — in initio ed. Neapolit. pars VI. p. 987.

Vid. c. 8. X. I. 3.

Petra. *Leo M.* serm. 3. c. 2. 3. } ex edit. Ballerin.
serm. 5. c. 4. }

Auctores alii apud *Devoti*, institt. de haeresi §. 5. not.

Petri Cathedram qui non sequitur, non est in ecclesia. c. 3. dist. 59.

Phase (neutrum) lex veteris testamenti, — pascha veteris testamenti; v. Sequens „lauda Sion."

Phonascus, i. e. praecentor, V. Cantus.

Phratria c. 21. C. XI. qu. 1. φρατρία, conjurationes.

Phylacteria — opus magorum (Amuletten) aut fyllacteria. philacteria.

c. 3, C. XXV. qu. 5.

c. 1. 4. C. XXVI. qu. 5.

sunt remedia superstitiosa avertendis morbis et malis parata et asservata et data custodienda. Etiam saepe sacerdotes circa eorum, quos sanare volebant, collum ea alligare solebant.

Philosophia primum erat monastica — non solum consistebat in eruditione et litteratura, sed et in vita ipsa θεία φιλοσοφία, εἰς χριστὸν φιλοσοφία — contemplatio simul et operae christianae: inde philosophari — Monachum agere. Philosophia et Theologia ad eundem finem tendunt.

Fundamentum philosophiae christianae tanquam scientiae systema tradidit Petrus Lombardus. c. X. I. 1. opponitur sapientiae saeculari, de qua dicit *Damasus* ep. 8. (Coustant ep. roman. pontif. pag. 536.): est inimica fidei, venenum quoddam spei, bellum gravissimum caritatis.

Pictatia c. 2. dist. 79. est modica res c. 6. X. III. 35 *J. H. Böhmer* ad Decretum c. 2. dist. 79. not. 50.

Pileolus — ejus usus in missa etiam extra canonem concedi non potest ab Episcopo, sed solum a Papa. *Ferraris.*

Pisanus — vox, quae in MS. saepe occurrit, e. g. Universitatis Heidelbergensis — est cognomen Huguccionis, Canonistae. V. Sarti. I. p. 300. Hic Pisanus erat primus scriptor lexicographiae in opere: derivationum liber vel dictionarium etc. V. *Savigny*, hist. ed. 2a. tom. III. p. 579. a. liber appellatur quaternus, *Dirksen* lexicogr. p. 19. *Rosshirt*, diss. de studiis jur. civ. et canon. medii aevi Heidelb. 1861. pag. 26. V. infra.

Pittacium, Pectacium a pingo — dicitur epistola brevis et modica, *du Fresne.* inde derivatur vocabulum „brevis" i. e. libellus brevis, qui in jure canonico tanquam epistola pontificalis sine solennitate „bullae" occurrit, cujus vero *du Fresne* mentionem non facit. v. l. 29. Cod. Theodos. de petitionibus. —

Placet: est consensus clericorum, qui datur et quidem tacite in conciliis, consistoriis etc. Aliam significationem habet Placet in regimine saeculari recentioris juris, quo quoddam jus majestaticum supremum exercetur — in odium christianae libertatis.

Planctus — querela plainte. *Alvarus Palagius* de planctu ecclesiae, Venet. 1570. *Ludovicus a Bebenburg*, episcop. Bomberg 1352—1363, de planctu eccl. *Cancell. Gerson* de planctu eccl. etc.

Planeta — vestis sacerdotalis, *du Fresne. Ferraris*, Index rituum.

Plebes — plebanus.

Plebes antiquis temporibus nominabantur illae ecclesiae, quae baptismo administrando dicatae erant, et quae posteriori aetate matres aliarum ecclesiarum fiebant.

Thomass. I. lib. 2. c. 5. nr. 8. c. 6. nr. 1. s. v. baptismus.

Non raro plures sub se habebant parochias, sub di-

rectione chorepiscopi — deinde talis parochia principalis subjecta erat archipresbytero rurali — cujus territorium nunc vocatur decanatus ruralis. *Nardi* dei parochi.

Plebania collativa.

Eam non potest conferre legatus, sed solummodo episcopus, qui plebanum per electionem designari permittit.

Gl. ad c. 3. in VI⁰. I. 15.

Plegii i. e. fidejussores. c. 19. X. II. 24. *du Fresne.*

Poena. poenitentia. Censura. *Suarez* de censuris.

Poenitentia — laboriosus quidam baptismus. *Pensio* antiqu. p. 379.

Poenitentia — ubi imponitur poenitentia aliquot annorum sive quadragesimarum, nec additur, quomodo quis debeat poenitere, hoc relinquitur arbitrio presbyteri.

Astesanus can. poen. §. 56. V. Poenitentiales libri.

Poenitentiales libri — sunt reponendi. Neque valent *Astesani* poenitentiales.

Alphonsus de Ligorio in theologia morali, Venet. 1763. p. 67. hoc refert:

„damnandi sunt, qui veteris ecclesiae disciplinam circa poenitentes instaurare conantur." V. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 11. c. 11.

Poenitentiarius maior — simul cum regente in poenitentiaria apostolica. Alii poenitentiarii sunt canonici in capitulo cathedrali.

Poenitere ad cautelam, dispensatio ad cautelam.

Astesanus can. poenitent. §. 18.

Poetica res. Nova ex Christianitate constructa est scientia et ars neque plane respondet operibus philosophiae et poeseos Graecorum et Romanorum.

Jam a *S. Ambrosio* tit. 397. proprium genus rei poeticae Christianitatis introductum est in hymnis et threnis — et ex quarto saeculo eodem modo continuatum usque ad nostra tempora: fons erat res poetica Hebraeorum divulgata per Orientem et Occidentem. vid.

Daniel, thesaur. hymnolog.

Rambach, Anthologie christlicher Gesänge.

Schlosser, die Kirche in ihren Liedern durch alle Jahrhunderte. Mainz 1851. 1852.

Poderis (ποδηρίς) tunica talaris, vestis sacerdotum antiquae legis. *du Fresne ed. Henschel. Rozière*, formulae du V. du X siècle p. 638.

Polonia — v. provincia Gneznensis. *Hube* antiquissimae constitutiones synodales provinciae Gneznensis. Petropoli 1856.

Vetera Monumenta Poloniae et Lithuaniae gentiumque finitimarum historiam illustrantia ab *Augustino Theinero* edita 1217—1409. Romae typis Vatican. 1860. II. vol.

Polus i. e. judicium conscientiae, speculum conscientiae; *Joann.* a *Capsistano* in tractatu tractatuum. t. I.

Pontificalia — in aliena dioecesi non possunt exerceri, nisi alienus episcopus ab ordinario requisitus sit.

Populus — quoad eligendi in beneficiis ecclesiasticis jus habeat.

Ad clamorem populi nullus est eligendus, quia sequendus non est, sed docendus. c. 2. dist. 62. gl. ad c. 2. X. I. 6.

Bernard. Pap. de electione (lib. singul. ed. Laspeyres, §. 4.)

Regino, de synodalibus causis edit. *Wasserschleben* pag. 456.

Πορνεία non est adulterium sed stuprum.

Portio congrua parocho aut vicario vel seminario constituenda. *Ferr.*

Portionarii sunt in cathedralibus et collegiatis beneficiarii, qui alibi portionarii, alibi mansionarii, alibi hebdomadarii et alibi aliter nuncupantur: assumpti sunt ad supplendas vices Canonicorum non residentium. *Ferr.*

Portorium, i. e. gabella.

Positiones, quare fuerint introductae. gl. ad c. 1. in VI⁰. II. 9.

Erant theses singulae in lite persequenda.

a) Ante litem contestatam erant interrogationes in scripturam redactae, quae ad ordinationem litis tendebant, e. g. legitimationes ad causam et processum.

b) post litem contestatam articuli actoris et rei, quibus ille actionem fundabat, hic defensiones construebat, ut in quibusdam terminis coram judice tractarentur: hinc novus ordo judiciorum effectus est. Positiones erant vel actoris — vel exceptionales, vel in replicis elisivi — non raro ex duabus partibus additionales et superadditionales, quibus systema processus inextricabile factum est. Ideoque reformatio quaedam necessaria fuit: historia positionum quatuor periodos complectitur: originem, progressum, sublationem articulorum in judicio praeparatorio, et earum conservationem in probatorio.

V. gl. ad c. 2. in VI°. 2, 9.

Postulare — postulatio est modus electionis, cui accedere debet dispensatio Papae: X. lib. 1. tit. 5. dispensatio obtinet,

a) si impedimentum canonicum obstat,

b) cum ad pontificem ex quavis causa recurrendum est.

Postulare — agere pro alio — defendere alium — locum alterius tenere.

X. lib. 1. tit. 37.

Postulatur persona aliquo impedimento aut defectu laborans, ex quo non est eligibilis.

Possessio quasi — jus Canonicum recipit interdicta juris Romani „uti possidetis et de vi", si de possessione corporum tractatur: et si sunt applicanda ad servitutes, cum possessio juris tradita est:

l. 20. D. 8. 1.

In omnibus aliis rebus incorporalibus competit actio ex canone vel spoliatione, quae vero non minus ad possessionem corporum referenda est.

gl. ad c. 16. X. II. 2.

ad c. 3. X. II. 12.

Pradella — divisio altaris. *Ferraris*, ind. rituum s. v. altare.

Praebenda, v. beneficium, praestatio facta illi, qui officium tenet.

Beneficium utrumque continet vel officium vel praebendam, — praebenda vero nullatenus officium et

magistratum, sed tantum comprehendit fructus, reditus et emolumenta, quae clericis certo obveniunt, ecclesiasticorum officiorum et beneficiorum causa.

Devoti, institt. lib. 2. tit. 15.

Beneficia et praebendae perpetuo dantur, neque revocari possunt — nisi expressim tanquam manualia conceduntur.

Conc. Trid., Sess. 7. c. 7. de reform.
Sess. 23. c. 16.
Sess. 24. c. 13.

Walter, compend. §. 216.

Falsissime hanc rem explicat *J. H. Böhmerus* ad c. 34. X. de praeb. ita: „Rex Galliae olim ipse contulit praebendas, sed postea jus patronatus evasit ecclesiasticum." De hac re historica nolumus tractare., Jus patronatus adhuc ex fontibus juris ipsis disquirendum est. Videas explicationem, quae fit solummodo ex jure Germanico, apud *Phillips* comp. jur. can. §. 139. *Schulte*, alios, et ea, quae in fontibus juris Canonici ipsius prolata sunt apud *Walter* ed. 13. §. 235. not. *Rosshirt* in ephemerid. *Moy* t. IV. et ea, quae a nobis s. v. „patronatus" tradita sunt explicato discrimine juris advocati et patroni. Cf. quoque *Moy* et *Vering* nova collectio tom. I.

Praebendarii et semipraebendarii vocabantur olim omnes inferioris chori beneficiarii.

Thomass. I. lib. 3. c. 70. nr. 10.

Praecedentia semper dignioribus data est e. g. in processionibus.

Praecepta moralia mystica, c. 3. dist. 6.

Praedicatio laicis prohibita.

c. 14. X. de haeret. V. 8.

Praedium rusticum appellatur, quod est sine ullo aedificio — urbanum, ubi factum est aedificium:

gl. ad c. 10. X. I. 2.

Praedium rusticum ab urbano non loco, sed qualitate secernitur.

gl. ad c. 1. extrav. com. de privil.

Praefatio c. 71. dist. 1. de consecratione.

Praeficiendus. praeficiendi.

Bernard. Pap. summa lib. 1. tit. 8., tit. X. I. 14.
Regino ed. Wasserschleben p. 255. *Fontanini* p. 99.

Praelatorum inferiores tam regulares, quam saeculares. Sunt etiam praelati nullius, quia in exercenda jurisdictione privilegiis exemti sunt a jurisdictione episcopi et quidem quasi ipsi eximuntur, vel adeo separatam dioecesin habent.

Bened. XIV. d. s. d. lib. 2. c. 11.
praelatorum inferiorum tres classes.
Bened. XIV. d. s. d. lib. 2. c. 11.

Praeordinationes duae sunt. c. 11. dist. 4. de poenit.

Gratianus: duae sunt praeordinationes, una, qua quisque praeordinatur ad justitiam et remissionem peccatorum accipiendam — altera, qua quis praedestinatur ad vitam aeternam in futuro obtinendam.

Praescriptio immemorialis. Est institutum juris Canonici, cui inest duplex vis atque effectus.

a) est enim praesumtio legitima concessionis vel privilegii eorum jurium, quae priva solum lege constituenda sunt,
b) est revera praescriptio temporis ad explendam praescriptionem definitam, si quis ad praescriptionem immemorialem provocat, neque vero ad tempus longum vel longissimum, et adhibenda est in omnibus juribus acquirendis, et quidem illis, quae jure communi constituuntur. In acquirendo jure patronatus non minus saltem, quam quinquaginta annorum spatium desideratur. Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 9.

Praesentandi jus in eo consistit, ut quis candidatum vel plures candidatos offerat ita, ut adeo ex pluribus unus eligatur eum in finem, ut ille confirmetur a magistratu ecclesiastico conferente beneficium. Est proprium jus neque pendet ab alio jure, sed non raro connexum cum jure patronatus. Minus accurate de hac re dis-

putat *Ferraris* et s. v. praesentatio, et sub v. beneficium et patronatus.

Praesidentium integritas salus est subditorum. c. 5. dist. 61. *Leo* a 442. ad episcopos Africae.

Praestimonium est stipendium, quod ab ecclesiasticis reditibus sumtum dari solet canonicis vel aliis clericis in vitae subsidium, praesertim ubi literis vel studiis vacant. *Ferrar.*

Praeventio judicii in jure Canonico ordinata est, ex quo in processum juris Germanici proficiscebatur. *Joannis Andreae* summula de processu ed. *Wunderlich* 1840.

Praeventio: Pontifici summo quasi reservata.

Precarium — contractus juris Canonici et Germanici tres sunt formae: precarium, precaria, praecariae. V. jus privatum.

Preces publicae ab episcopo neque a principibus concedendae sunt. *Ferrar.*

Preces primariae sunt praerogativa personalis imperatoris, neque competebant ejus vicariis, et nunc ipsum sede imperii vacante cessant.

Ferr. ed. Casin. II. p. 1241. V. primae preces.

Predella — altaris — *Ferrar.* Index rituum. V. Pradella.

Presbyterium non spectat ad significandum sacerdotii ordinem, sed, prout graece sonat, ad seniorum coadunationem, quo sensu non minus diaconos quam presbyteros ipsos comprehendebat.

Nardi dei parochi tom. II. p. 216 seq.

Pretaticum exigunt parochi a Judaeis pro decimis, oblationibus, aliisque incertis, quae a Christianis percipiebant, antequam eorum domus ad ipsos Judaeos pervenissent. *Ferrar.* s. v. Hebraeus.

Prima sedes a nemine judicetur. c. 9. dist. 21.

Primae preces — jus erat designationis et quidem exspectativa: cum vero Concilio Tridentino exspectationes sublatae essent, in honorem imperatoris germanici conservatae sunt.

Primatus — v. patriarchae. *Devoti* de patriarch. §. 38. (institt.)

Primicerius, secundocerius, tertiocerius in ministerio ecclesiae. *Rosshirt*, Beiträge zum römischen Recht. p. 9. *Dirksen*, man: s. h. v. inprimis *Savigny*, histor. jur. tom. VII. pag. 8., et quod attinet ad eccesiam *Ferrar.*

Primitiae — primi fructus agrorum et celebratio primae missae a neopresbytero.

Primum sacrati salis. pabulum, i. e. baptismus.
c. 5. X. IV. 11.

Privatio vocis activae et passivae, et officii et beneficii, — apud *Ferrar.* verb. Lex. art. 2.

Privatum jus systematis canonum:

In jure rerum praevalet spoliatio possessionis et quasi possessionis. Si respicis ad petitionem, discernitur jus in re et ad rem. Jus in re acquiritur vel privilegio concesso et possessione immemoriali vel alienatione et praescriptione: jus ad rem pactis et votis.

Mortis causa

1) per pactum hereditarium, cui respondet executor testamenti, qui re vera ex pacto vocatur.
c. 13. X. III. 26.

2) Per testamentum c. 10. X. eod. et per testamentum ad pias causas, quod ipsum nullam requirit solennitatem.
Schulte, apud *Linde*, ephem. nova collect. tom. 8.

3) Per codicillum ita, ut quaevis dispositio uti fideicommissum honoretur.
c. 1. in VI°. III. 11. V. fideicommissum.

4) Regula successionis ex cognatione et lege provenit, et singuli cognati proximi partem hereditatis capiunt jure naturae tanquam debitum hereditatis, alteram tanquam fiduciarii et tertiam lege civili Romanorum i. e. Falcidia.
c. 16. 18. X. III. 26.

5) In herede, qui convenitur, sufficit specificatio jurata bonorum hereditatis.

Privilegium. Opponitur juri communi, nam illud est jus singulare vel speciale: privilegium spectat ad percipiendos fructus, et ad concedenda quaevis emolumenta:

conceditur vel ex jure concedentis, qui quasi legislator est, vel ex pacto. Si quis privilegiatus legem vel pactum violat, est delictum excessuum. Qui vero privilegio bene utitur, habet actionem affirmativam vel confessoriam eadem vi, quae concessa est vindicanti. Probatio fieri potest ex possessione immemoriali, quae ipsa originem habet in jure Canonico.

c. 26. X. V. 40.

c. 1. in VI^{0}. II. 4. II. 13.

Conc. Trid. sess. 25. de reform. c. 29.

Probabilismus ad efformandum conscientiae dictamen; v. *van Endert* de opinionis probabilis usu. Coloniae 1860. v. Rigorismus, Tutiorismus, Aequiprobalismus et Probabiliorismus. *Analecta pontif.* 10. 16. livr.

Processus.

a) Jure Romano non significat judiciorum ordinem, sed

α) progressum i. e. originem et historiam juris. l. 2. pr. §. 13. D. I. 2.

β) processionem eo modo, quo processionis aditus in jure Canonico sumitur.

l. 41. D. 24. 1.

l. 4. Cod. 12. 13.

γ) promotionem, erectionem; Cod. *Theod.* c. 6. lib. 1. tit. 16.

b) Jure Canonico. Jam sub *Gregorio M.* processio tamquam lis et litis causa habetur. *Gregorius Magnus* in epistola 40. lib. 4.

„Saecularibus causis astringitur assiduis processionibus occupatus et quotidie negligit legere verba redemtoris."

Bernardus ad *Eugenium Pap.* lib. 1. de considerat. c. 4. „quotidie perstrepunt in palatio leges, sed *Justiniani* non domini."

Ita posteriori tempore solennitates litis per scripturam conficiuntur, et sic fiebat litium figura in ordine judiciorum in libro II. Decretalium. Ibi est nomen processus juris novi c. 22. X. I. 3. clem. 2. lib. V. tit. 11. et tot. tit. ut lite non contest. non procedatur.

Processus ordo. *Van Espenius* part. III. tit. 7. nr. 14 seq. animadvertit cum *Fleuryo* „omnem hodiernam litigantis formam in curiis saecularibus usitatam provenire a Canonistis. „*Hericourt* les loix ecclesiastiques de France part. I. c. XIX. p. 305. eadem de origine processus in curiis saecularibus Franciae profert, et consentit *Cujacius* in praefatione ad lib. IV. Decretalium. in operibus a nobis jam citatis.

Omnia pendent ex ordine ipso procedendi, resp. terminis et dilationibus, aeque vero ex systemate probationum. Praesumtio nunquam sufficit, neque solum argumentum, etsi sit violentum, unico casu saltem excepto, sed lex ipsa constituit firmum et necessarium probationis remedium. Sed ex ordine procedendi dividitur processus in ordinarium et extraordinarium vel summarium, qui tam in causis civilibus et canonicis quam in casibus disciplinaribus et criminalibus ita discretus jam ante *Clementem* V. in judiciis saecularibus et ecclesiasticis obtinuit.

Processus summarius. Summatim cognoscere. Hoc vocabulum occurrit etiam in jure Romano, vid. *Dirksen.* Sed aliter se habet in jure Canonico. Lis, quae appellatur summaria ea est, in qua litis contestatio juris Canonici remittitur, et judex ad probationem ipsam accedere potest. Obtinet vel in rebus, in quibus exstat ecclesiae ipsius utilitas, clem. 2. de judic. vel quae in specie judicibus a P. S. committuntur, clem. 2. de de V. S. In jure processus saecularis eadem quidem est significatio, sed quoque ad alias res extenditur.

Processus. Verba technica juris Canonici. Ordinarius, qui jure suo vel principis beneficio universaliter jurisdictionem exercere potest. Ordinario opponitur delegatus et auditor. Recusatio Judicum (*Rosshirt,* Dogmengeschichte p. 83). Actio, fundamentum actionis, causa proxima, remota (vide Glossatores). Notio causae tanquam casus juris. Legitimatio ad causam et ad processum. Ordinantur officia ministrorum partium — procuratoris, curatoris, syndici vel actoris uni-

versitatum, oeconomi piarum causarum et defensoris simul cum juribus advocatornm, cum advocatus solummodo obligetur ad consilium et nullo modo teneatur nisi ex dolo — alii vero ministri ex propria ipsorum obligatióne, ut e. g. mandati, legis, negotiorum gestionis officio teneantur: reservato jure partibus laesis concesso in integrum restitutionis.

Sunt et variae aliae significationes e. g. executorum (V. Executor).

Propria et a significatione juris Romani diversa est vox „litis contestatio, contumacia“ — et nova vox litispendentia, praeventio, officium judicis, citatio, repraesentatio, exceptio i. e. defensio — dilationes, spoliatio, mutua petitio, interrogatio, instrumenta confessionata seu quarentigiata — notio confessi ipsa, denique quod pertinet ad probationem, ad remedia juris et executionem.

Processus juris Canonici, quod attinet ad ordinem procedendi. a) Lis pendet: hujus rei notio quidem incerta remansit ad c. 1. in VI^{0}. II. 8 ad vocem „litigantibus“, sed decisa est a Clementina 2. II. 5. Varii inde exorti sunt legum effectus. b) Ex litis contestatione revera incipit hic processuum ordo et perficitur positionibus et responsionibus. c) Quocum conjungitur probatio et res judicata: sed d) Defensiones omnes proferendae erant ante rem judicatam eodem modo, quo actio perficitur, id est positionibus et responsionibus simul et probationibus. Solnmmodo dilationes restringebantur eum in finem, nt litiscontestatio fieri posset et processus revera initium caperet. Tit. de dilationibus. Processus jnris Canonici igitur consistebat in positionibus et responsionibus, quae finiendae erant terminationibus a lege vel judice constitutis. Hae quidem pro parte remittuntur in processu summario, qui intercedebat in iis rebus, quae curae sunt reipublicae et saluti omnium, denique in iis rebus, quae a Pontifice summo committebantur (c. dispendiosam, c. saepe), et si partes consenserint, positiones et responsiones articulatim pro-

positae ita quoque remissae sunt, ut si de re ipsa vel meritis causae judex sufficienter instructus fuerit, sententiam definitivam ferre potuerit.

Procuratio episcopo in opere et itinere visitationis praestanda.

Procurator generalis, specialis, cum libera (administratione), c. 4. in VI⁰. I. 19. de procur.; clem. 2. de procurat. I. 10. *Rosshirt* jus can. p. 269.

Advocatus non est procurator, sed tenetur solum ex consilio.

Profiteri, professus, professor. In jure Canonico profitetur monachus vota evangelica et ordinem status: ideoque dicitur professus vel religiosus. Professor tanquam magister apud Latinos raro occurrit, uti *Klotzius* exponit, in aetate argentea: medio aevo utebantur homines vocabulo „magister vel doctor“, nunc vero est professor publicus et ex significatione „magistri regentis“ appellatur ordinarius.

Promitto vobis. sanctissimo et beatissimo Domino meo, papae et per vos beato Petro principi Apostolorum etc. inde successio papatus et unitas ecclesiae.

Lib. diurnus p. 59.

In promovendo quatuor requiruntur: scientia, aetas, mores et ordo.

gl. ad c. 8. in VI⁰. II. 4.

Propensius i. e. extensius, sed illud, ubi dicimus protensius: sed propensius derivatur a prope vel propere — quasi velociter vel festinanter.

gl. ad Clem. 2. I. 6.

Propitiatorium seu satisfactorium, quod opponitur imperatorio.

Bened. XIV. d. s. d. lib. 5 c. 8. §. 3.

Propositiones damnatae vel malesonantes vel laxae vel scandalosae, vel seditiosae vel schismaticae, vel insanae, paganae, fabulosae, mendosae, judaicae, suspectae, temerariae, antiquatae et aliae e. g. homo sapiens haeresim, sapiens errorem. *Ferraris* in fine vocabuli propositiones et in variis aliis locis.

Protestatio fit, ne ab altero praejudicium jure suo fiat. c. 21. X. de sent. II. 27.

Protonotarii participantes, titulares. *Moroni* dizionario s. h. v.

Provisio. Collatio. Institutio. Confirmatio. Ordinatio. Investitura. Installatio. Jus patronatus.

1) provisio est notio generalis de constituendo beneficio.
2) Collatio concedit jus in re in beneficio acquirendo: est vel libera vel limitata, — limitatur nominatione, quae ne semel quidem concedit jus ad rem, et electione, qua oritur jus ad rem, et postulatione, cui accedere debet dispensatio, et patronatus jure, quo distinguitur jus laicale et ecclesiasticum cum variis ex hoc discrimine effectibus. Tum fit confirmatio vel institutio. Haec in genere olim appellabatur ordinatio.
3) Medio aevo beneficia lege saeculari a laicis non raro conferebantur uti feuda: — forsan investitura laica. Cui instituto repugnat omni tempore ecclesia.
4) Sed fieri potuit, ut provisione perfecta et institutione concessa specialis forma possessionis realis acquirendae obtineret sub voce „installatio."
5) Si est collatio libera (v. nr. 2), intercedit quoque installatio sub voce „investitura beneficialis."

Psalmus — Psalterium. *Ferraris.*

Inter psalmos sunt septem poenitentiales, qui a poenitentibus maxima utilitate leguntur.

Ptochotrophia, v. loci venerabiles.

Puerperae — quae in annis puerilibus pariunt. c. 3. X. IV. 2.

Pugnum — est clausa manus cum apprehensione digitorum et dicitur a pugno; qui enim manu vult pungere, stringit pugnum; hi non denudent ergo brachium, ut faciunt dominae — et quidem Hispani, non utantur guernachiis, quas prohibet haec litera. gl. ad clem. 1. III. 10.

De vestimentis monachorum hoc loco sermo est. Vocem „guernachia" non habet *du Fresne.*

Pulegium apud Indos pipero pretiosius est. c. 24. dist. 93.

Pulvillus an requiratur in altari?

Ligorio theol. mor. lib. 6. nr. 395.

Pulvinar: ante dignitates non debet poni pulvinar, sed debent sedere in suis stallis. *Ferr.* in ind. rituum.

Punctator retinere debet librum in loco publico, ibique deficientes adnotare ac librum ostendere quovis postulante. Contrapunctator ejusdem ecclessiae eligendus, ut confrontatione, si opus sit, possint detegi fraudes. — Hoc officium invigilandum pertinet ad congregationem Episcoporum.

Statuta Capituli v. Leodegaris Lucernae — de officio punctatoris.

Purgatio. *Leo* III. c. 18. C. II. qu. 5. *Baronius A. D.* 800. §. 5.

Haec erat quam maxime in usu juris Canonici non solum in causis clericorum, sed et laicorum, e. g. quod probans non sit filius sacerdotis.

gl. ad c. 14. X. de purg. can. V. 34.

Purgatio est vel vulgaris vel canonica. Sed et purgatio vulgaris ante saeculum decimum jure Canonico celebrata est, uti videre potes ex formulis ecclesiasticis. *Rosière* de formulis: deinde vero omnia pendebant ex purgatione canonica per solum juramentum et compurgatores.

Purgatores — compurgatores, qui adhuc in jure Canonico, e. g. in divortiis et annullandis matrimoniis officio funguntur: stricte examinentur sicuti testes.

c. 9. X. de purg. can. V. 34.

Pyromantia — magia — divinatio. c. 1. C. XXVI. qu. 3. 4

Pythones. Pythonissae. Phitones. Vates. Spectant ad divinationem — spiritu afflati magici erant.

V. divinatio.

c. 1. C. XXVI. qu. 3. 4.

Pyxis, in qua reponuntur hostiae consecratae ad viaticum.

Q.

Quadradecimani (*τεσσαρεσκαιδεκατῖται*) qui pascham celebrant simul cum Judaeis. *Euseb.* hist. eccl. IV. 14. 26. V. 23 seq. *Epiphanius* in haeres. I. quae est illa quadradecimanorum.

Quadragesima. c. 16. dist. 5. de consecr.
a prima dominica quadragesimae usque ad pascha Domini sex hebdomades computantur.
c. 5. dist. 4. de consecr.
Cui addidit Telesphorus pontifex septimam hebdomadem et vocatum est hoc tempus quinquagesimae.

Quaestuare, quaestuarii, quaestores — eleemosynarum. *Ferraris.*

Quidagia / **pedagia** } c. 26. X. V. 40.

Quietismus. Propositiones Fenelonii condemnatae. Annal. jur. pontif. livrais. huitième.

Quinquagesima: *Ferrar.* quadr. quinquag. *Fontanini* pag. 153. 155.

R.

Rapolare. Rapulare, v. *du Fresne. Phillips,* Lehrbuch des Kirchenrechts. §. 273. Note 3.

Omne, quod **rarum** est, plus appetitur. c. 24. dist. 93.

Rasura

a) quoad barbam debet esse in clerico competens, c. 5. X. de vita et hon. cleric. III. 1.
Thomass. I. lib. 2. c. 37. §. 10.

b) quoad instrumenta.
c. 2. X. de privil. V. 33.
c. 11. X. de fide instrum. II. 22.

Rationis usus

a) circa septennium inchoare solet. *Bened.* XIV. constitutio „postremo mense"

b) contra infideles. Sacra indicis congregatio 11. Jun. 1855. *Rosshirt*, jus canon. p. 624.

Rebaptizentur, qui in nomine S. Trinitatis baptizati non fuerint.

c. 84. dist. 4. de consecr.

Receptorium — secretarium, diaconicum magnum, vestiarium, ubi Episcopi sacras vestes induebant. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. III. c. XI. nr. 5. V. quoque salutatorium.

Recursus ad judicem laicum non statuitur. *Ferraris.*

Recusatio judicis — non ex jure Romano, ne *Justinianeo* quidem, sed ex jure Canonico dijudicanda est. *Rosshirt* historia dogmatum juris civil. p. 83. et ibidem allati: *Azo*, *Bartolus*, *Durantis*.

Reditus annui inter immobilia computantur. Clem. 1. de P. S.

Reductio missarum. *Bened.* d. s. d. Index.

Referendarius,

a) i. e. officialis, qui datur ad causam judicialem referendam. Gl. ad c. un. de officio jud. ord.

b) Curiae Romanae utriusque signaturae.

Brancati s. h. v. Antiani praecedunt aliis, etiam si isti essent episcopi.

Refractarii — i. e. apostatae et obstinati. *Bened.* de synod. dioec.

Regens: magister regens in studio generali — opponitur non regens.

Regens: in cancellariis et apud poenitentiarium majorem.

Regens et Subregens in singulis seminariis.

Regesta — collectio historica praesertim ex actis pontificum: — fonsque subtilissimus omnis historiae est archivium Romanum. *J. H. Böhmer* in praefat. ad X. II. 2. not. 4. 50. not. 5.

Regino de synodalibus causis: semper ad editionem a celeberrimo *Wasserschlebenio* confectam recurrendum est.

Regulae cancellariae. Franc. de Patavinis in prooemio

extravag. comm. Regularium commentarii celeberrim. *Chockier. Rigantii.* Collectae sunt regulae a *Joanne* XXII. † 1335., *Benedicto* XII. † 1342., *Nicolao* V. † 1455, sub quo Concordata nationis germanicae facta sunt, *Innocentio* VIII. † 1492., *Clemente* VIII. † 1605, ubi alternativa mensium constituebatur, *Gregorio* XV. † 1623. (hoc usque *Chockier.*) *Alexandro* VII. † 1667. *Innocentio* XII. † 1689., *Clemente* XII., sub quo scripsit *Rigantius*, — *Benedicto* XIV. de quo *Ferraris.*

Nunc publicati a *Leone* XII. † 1839 et quoque a *Pio* nono. *Rosshirt* in ephem. *Moy.* vol. III.

Regulares. *Bouix* de regularibus, Parisiis 1857.

In tres ordines nomen regularium dividitur: agitur in primo de clericis, canonicisque regularibus, in secundo de ordinibus militaribus, in tertio de monachis.

Clerici regulares et canonici iterum triplicem statum amplectuntur: sunt

1) canonici regulares et clerici regulares. Ad clericos pertinent Teatini, Barnabiti, Somaschi, Jesuitae, ministri degli infermi e delle scuole pie, della madre di Dio, clerici minori:
2) ii, qui degunt in „congregazioni in communità" dell' oratorio di *S. Phillipo* Neri — Dottrinari, Missionari, pii Operai, Oblati di Maria S. Immacolata, Istituto della carità:
3) congregationes religiosae. Passionisti, — del santissimo Redentore, — fratelli delle scuole christiane.

De ordinibus militaribus et de monachis jam sermo erat.

Relapsi, v. Lapsi.

Religio — Dei Cultus (*Phillips* comp. §. 1). haec significatio in corpore juris minime occurrit: religio hic est potius vita monastica seu voto religionis adstricta c. 1. C. XX. qu. 2.; c. 10. C. XX. qu. 1. X. de regularibus et transeuntibus ad religionem *Ponsio* antiqu. p. 273. *Ferraris* s. v. religio Systema quoddam religiosorum offertur in annal. jur. pont. livr. 39. — status clericorum et

canonicorum regularium antiquus et novus et ordo mendicantium.

Religio tenuis, quae in talibus haesitat, ubi non est aliquatenus haesitandum. c. 18. X. de simon. V. 3.

Religionis origo — quasi religatio seu vinculatio. gl. ad c. 1. extrav. *Joann.* XXII. tit. 14.

Religiosae domus, ut episcopo sint subjectae.

Religiosi facilius dispensantur quam laici. c. 2. X. de apost. V. 9.

Reliquiae — corpora non possunt detrahi, *Ferr.*

Reliquiarum cultus contra Vigilantium ab Hieronymo defenditur.

Thom. III. lib. 3. c. 37. nr. 13.

Renunciatio SC. Vellejani valet, sed non renunciatio SC. Macedoniani. Gl. ad c. 12. X. II. 2.

Res ecclesiasticae sunt vel spirituales vel temporales. Omnia jura, quae in bonis civium sunt, ab ecclesia acquiri possunt, sed quaedam res ipsi reservantur, non solummodo res sacramentales, sed spirituales in sensu proprio, e. g. decimarum jus, hujus vero exercitium laicis committi potest.

Reservata — Reservationes tam Pontificis summi. quam Episcoporum.

Reservatae constitutiones, quae in collectionibus authenticis non exstant, sed pro veris habentur, ideoque reservantur. Gl. ad c 3. in VI⁰. exiit de verbor. sign.

Residentia: residere est commorari in loco beneficii, et ecclesiae in divinis officiis personaliter deservire.

Resignatio — cum conditione regressus, ingressus, aggressus. *Phillips* comp. jur. eccles. §. 86. not. 10.

Resignatio in genere est renunciatio, coram legitimo superiore eam acceptante.

Resignationes triangulares, quadrangulares. *Pirhing*, jus canon. s. h. t. nr. 83.

Responsales: respondere pro aliquo inprimis in disputationibus. Mos erat medii aevi in exercitiis publicis, quae appellabantur disputationes. V. *du Fresne.*

Respublicae nituntur fere omnes fide moribusque Christi-

anis: — omne, quod contra bonos mores est, nullo modo ex honestate antiquarum gentium, sed ex moribus Christianis populo et scientiae quasi infusis dijudicatur.

c. 2. dist. 8. *Fontanini*, p. 481.

Resolutiones sacrarum congregationum inprimis Concilii Trident. interpretum constituunt jus ecclesiasticum novissimum, (Thesaurus Resol. S. C. Concilii ab anno 1718.).

Restituendi fructus. Discrimen videtur in doctrina juris Romani et Canonici, et ex jure Canonico forsan derivatur opinio praxeos, qua malae fidei possessor non restituit illos fructus, qui a petitore percipiendi erant. *Rosshirt*, histor. jur. dogmat. p. 211. 212.

Restitutio ex novo (v. art. subseq.) est institutum juris can. Contra rem judicatam restitutio obtinuit jam jure Romano, si causa erat et laesio: in jure Can. admittitur etiam in judicio appellatorio: non necesse est probari laesionem; et cum jure Germanico praecluduntur exceptiones et probationes, restitutio fieri hic potest, si nova proponantur, quod et ad rem judicatam extenditur, si nova adsunt.

c. ult. X. I. 51.

Restitutio in integrum secundum jus Rom. et Can.

a) ex jure Romano id proficiscitur quasi beneficium juris, sed ab ecclesia omnibus datur, qui per procuratorem vel defensorem agunt. c. 5. X. de rest. i. i. I. 41. in specie.

b) ob nova in lite tanquam proprium remedium juris contra sententias, et renovatur processus v. *Tancredus* de restitutionibus. Ordo judicior. p. 4. tit. 6. ed. *Bergmann* p. 305.

c) ob spoliationem restitui quoque potest ecclesia contra ecclesiam, atque aeque contra alios:

c. 3. X. de i. i. rest. I. 41.

Possessio restituenda est, tantum non ipsa res, sed cum omnibus, quae ex re restituenda interim percipi potuissent c. 11. X. de spoleat. II. 13.

Ideoque haec restitutio est actio ad omne damnum resarciendum in restituenda possessione ipsa. *Rosshirt* in Linde ephemerid. vol. XVI. (nov.)

Restrictio mentalis in juramento id efficit, ut homo fraudulosus ex perjurio puniendus sit.

Retributiones sex — sunt principia moralia, c. 1. C. XXIII. qu. 3.

Sex enim differentiae sunt: reddere bona pro malis, non reddere mala pro malis; haec duo bonorum sunt; non reddere bona pro bonis, reddere mala pro bonis, haec duo malorum sunt; reddere bona pro bonis, mala pro malis, haec duo mediocrium sunt, quia et ethnici hoc faciunt. (*Augustinus*).

Reverendae — sunt dimissoriae. Conc. Trid. Sess. 7. de ref. c. 10.

Rigantius ad regulas cancellariae. Illius opus est perfectissimum, et adeo in indice absolutissimum — non solum corpori juris Canonici omnino proximum, sed et tale, quo homines docti in vigentes ecclesiae canones et in literaturam scriptaque nostrorum introducantur.

Rigorismus, v. Probabilismus, et annal. jur. pontif. seizième livrais.

Ritonomia, ecclesiastica disciplina rituum. (Corresp. de Rome, 1860. N. 103.)

Ritus, v. liturgia.

Exstat propria congregatio S. S. cardinalium, quod ad ritus attinet.

V. decreta sacrae rituum congregationis notis illustr. in tom. ult. oper. *Ferrar. Nilles* in ephem. *Moy.*

Ritus diversi ecclesiae Catholicae. Sub ritus nomine intelligimus disciplinam ecclesiae auctoritate stabilitam vel usu et consuetudine eadem auctoritate comprobatam. Ritus graecus et latinus: orientalis, occidentalis. *Leo Allatius* de Ecc. Occid. et Orient. perpetua consensione. *Benedictus* XIV. recipit quatuor ritus ecclesiae orientalis — graecae, armeniae, syriae et copticae. *Hergenröther* vero sex in dissert. Archiv. eccles. recent. tom. I.

et tom. VII. ser. 3. Inprimis vero respicere velis *Moroni* „Dizionario di erudizione storico-ecclesiastica. Venet. 1839. et in vol. 103. ad finem perducto. Nova congregatio constituta Romae 1861. exstat in collegio propagandae fidei, in qua vices et fata ecclesiae orientalis observantur et tenentur.

Rixantibus pluribus contra unum, quam poenam quisque eorum subeat.

c. ult. C. XXIII. qu. 8.

Rochetum — Roccus — Rock, significans supremam vestem — roccum subdiaconalem — praelatorum, *du Fresne.* V. rochetum, mozetta, cotta apud *Ferraris* in indice rituum.

Rogationes fuerunt primum inventae et institutae a Mamerto, episcopo Viennensi in Delphinatu, ob saepius iteratum terrae motum. *Ferrar.*

Rogationes — dies festivi, v. festa.

Roma caput et principatum obtinet nationum, c. 37. C. II. qu. 7.

Ideoque legati pontificis inter omnes legatos Regum, Imperatorum et principum civitatumque primum tenent locum.

Roma est quoque communis patria tam clericorum, quam laicorum Catholicorum, nam terra Romana quodammodo est terra famulorum ecclesiae ita, ut per summum pontificem tanquam vicarium Christi regatur. Leges saeculares quidem hoc principium saepissime non concedunt ita, ut remaneat dogma religionis Catholicae.

gl. ad c. 3. in VI°. I. 9.

(clericum vel laicum.)

Romipeta, c. 23. C. XXIV. qu. 3. Romanum iter episcoporum. Römerfarth. V. Compendia juris.

Rosarium. Confraternitas Rosarii. *Sixtus* V. in const. 18. ea, quae etc.

Rota Romana: principale et originarium sedis papalis judicium, ex capellanis pontificis primario constitutum. Judices singuli appellantur auditores, in eorumque sen-

tentiis resplendet progressus et vestigium summum juris et quidem civilis per Europam communis: et jus Romanum ita receptum est, uti a Glossatoribus juris Romani explicatum est, qui ipsi in jus Canonicum opiniones transmiserunt.

Bangen, die römische Curie — et de vocabulo „rota" pag. 336.

Constitutiones de hac re profectae sunt ab *Joanne* XXII. (Bullar. Rom. t. III. 2. p. 195) et pertinent usque ad *Gregorium* XVI.

Phillips institt. §. 119. not. 2.

A quo recensebantur celeberrimi hujus causae libri. — cf. *Riganti* reg. 12. nr. 29. *Pecorelli* inst. t. 1. p. 222.

Rubricae — a rubro ad nigrum.

a) In missali et breviario. *Ferraris.*

b) In jure Canonico. *Ruppreckt* not. hist. tom. I. p. 320. Rubricae in specio sunt praeçepta clericorum et praeceptivae obligant sub peccato, directivae non imponunt obligationem et consilii loco erant. Authenticae praeceptivae juris seu perfectum sensum habentes vim legis tenent, possuntque allegari dispositive e. g. tit. X. ut lite non contestata etc Ex. 185. rubricis collectionis *Gregorianae* 83. e Codice *Justinianeo*, in quo tanquam tituli libri cujusdam exstabant, desumptae sunt. *Bernardus Pap.* has desumsit aliasque formavit.

Cf. *Glück*, praecogn. jur. can. p. 78.

Cf. ephemerid. „Der Katholik" 1861. Februar.

Rumor — fama.

S.

Sabbatum est ultimus hebdomadae dies — Sabbatum in testamento Vetere erat dies festus designatus divino cultui, in novo testamento fuit abrogatus dies Sabbati et pro eo ab Ecclesia institutus dies Dominicae.

Sacellarius — custos thesauri episcopalis.

Sacerdos ad continentiam obligatur etiam ex voto, licet in suscipiendo ordine sacro hoc certis verbis non promittat. gl. ad c. un. in VI°. III. 15.

Sacerdotibus ad discendum necessarii sunt: sacramentorum liber et lectionarius, antiphonarius, baptisterium, computus, canon poenitentialis, psalterium, homiliae, libellus officialis.

c. 1. 2. 3. 4. 5. dist. 38.

Sacramentalia appellantur vel ex eo, quod solent adhiberi ad sacramenta efficienda vel ministranda, ut benedictiones, vel ex eo, quod sequuntur vel imitantur virtutem quandam sacramentorum,

per orationem — orans
aspersionem aquae benedictae — tinctus
cujusque sacramenti susceptionem — edens
confessionem generalem — confessus
elargitionem eleemosynae — dans
benedictionem episcopi — benedicens.

Et ita quidem remittuntur peccata venalia, ergo ex opere operantis, nec vero ex opere operato, quod spectat ad sacramenta ipsa.

Sacramentorum veritas non est apud haereticos. Gl. ad c. 7. dist. 19.

Sacramentum ex opere operato — non ex opere operantis vel suscipientis. V. sacramentum veteris testam. et novi.

Devoti, institt. de sacr. §. 9.

Sacramentum: votum, jusjurandum, vinculum obedientiae.

Sacramentum: notiones sacramenti in materia et forma ex Peripatetica philosophia assumptae sunt.

Guilelm. Antissiodorus,
Alex. de Hales,
Thomas Aquino,
Devoti institt. de sacr. §. 6. not. 1.

Sacrilegium idem est in rebus ecclesiasticis, quod crimen injuriae in rebus saecularibus, delictum in genere: ergo quidquid in rebus Deo sacratis injuste agitur.

c. 7. X. de reg. jur.

c. 3. 5. C. XII. qu. 2.
c. 10. C. XIII. qu. 2.
c. 18. 20. 21. C. XVII. qu. 4.

Sacrilegium est delictum contra disciplinam ecclesiasticam, furtum etiam in specie, si adeo rem privatam e loco sacro quis surripuerit. c 20. 21. cit. (C. XVII. qu. 4.)

Sacrista — scevophilax, Sigrist. Ad ejus officium pertinet custodia sacrorum vasorum, vestimentorum ecclesiasticorum, luminarium. Officium sacristae capellae palatii Apostolici committitur alicui ex fratribus Eremitarum Sancti Augustini.

Sagena — pro navicula. *du Fresne. Phillips* V. p. 795.

Salinaria, pedagia, quidagia, v. quidagia. qui illa injuste exigit, si ipsi interdictum est, poenâ ecclesiasticâ feritur.

c. 26. X. de V. S. V. 40. *du Fresne.*

Salitores vocati sunt, quia, dum eis membrorum quaecumque partes salierint, aliquid sibi exinde prosperum seu triste significari praedicunt.

c. 1. §. 8. C. XXVI. qu. 3. 4. Apud *Böhmer* et *Klotz* s. v. salisatores.

Saltatio clericis interdicta. *Thomass.* s. v. saltatio.

Salutatio evangelica — formula prior et posterior. *Ferrar.* Salutatio angelica — sanctitas et alia respicienda sunt in hoc libro bibliothecae *Ferr.*, praecipue nostris temporibus, in quibus homines docti res historicas, quae illis notionibus inhaerent, falsissime interpretantur.

Salutatorium, quod etiam Diaconicum magnum, Secretarium, Receptorium et Vestiarium appellabatur, erat exedra ecclesiae adjuncta, ubi episcopus sacras vestes induebat, et fidelium salutationes excipiebat.

Bened. XIV. d. s. d. lib. 3. c. 11. §. 5.

Sanctitas. Sancti — martyrologii Romani novissima editio Diario Romano.

Sanctitas hominum est imitatio Christi. *Pilgram*, physiologia ecclesiae, Mogunt. 1860. caput ultimum.

Sanctuarium — bema, ubi sacra officia peragebantur.

Sanctuarii apsis est aedificium semicirculi formam exhibens, ubi thronus episcopi sedesque presbyterorum erant.

Sarculum — instrumentum, quo evelluntur malae et inutiles herbae, quae nascuntur inter bonas, quod Bononienses vocant roncare. gl. ad prooem. Clementinarum.

Scamna in ecclesiis haud possunt a laicis retineri ad sedendum, nisi cum licentia expressa vel tacita episcopi: possunt removeri vel non tolerari. *Ferr.*

Scandalum vel dictum vel factum vel omissum — minus rectum, si alteri praebet occasionem ruinae spiritualis vel peccandi.

Schisma graecum nomen est, uti haeresis. Schismatici sunt, qui se ab unitate separant ecclesiae catholicae, quae in eo posita est, ut plures ecclesiae particulares tanquam plura membra sub uno omnium capite unum corpus efficiant. Quamquam enim schisma sine haeresi esse potest, tamen eam plerumque adjunctam habet, aut in eandem evadit.

c. 49. dist. 3. de poenit.; tit. X. de schism. V. 8.

Schismaticus, ceterum nullum schisma est, nisi sibi aliquam haeresim confingat, ut recte ab ecclesia recessisse videatur.

Hieronym. ep. ad Galatas.

Thomas ab Aquino, qu. 39. (summa) art. 1. 3.

Graeci non uniti schismatici habentur, et omnes ei, qui auctoritatem pontificis summi respuunt.

Lupoli, J. E. part. 4. §. 17.

Nisi sint haeretici formales, tamen habentur schismatici.

Scholae. In scholis triviorum et rurium ista doceantur: grammatica, poetica, rethorica, dialectica et arithmetica, in festis vero sacra scriptura. In Academiis et Universitatibus legi debent ista: Artes liberales, logica, physica, ars medica, Jurisprudentia et Theologia. Conc. Colon. tit. 3. c. 2. *Brancati.*

Scholarcs et universitates. gl. ad clem. 1. V. 16.

Scholastica philosophia erat reconstructio dogmatum chris-

tianorum. Neutiquam loqui volumus in hoc opere de verbis, quibus utitur philosophia scholastica, e. g. actus et habitus, actualitas, potentialitas, actus meritorii, auxilium divinum gratuito movens, antilogiae i. e. contradictiones, agnus typicus, creatianismus, elgersma, limbus patrum, mortificatio carnis, paneitas, refectio sacramentalis et quae sunt alia. — neque explicabimus divisiones et notiones varias quod attinet ad gratiam, justitiam, virtutem, bona et poenas, influxum generalem et specialem: neque mentionem facimus singulorum nominum e. g. Capharnaites. V. *Lämmer*, die vortridentinische Theologie.

Scholasticus — capischolus.

Scientiae literariae in jure Canonico est fons primarius.

Continent glossam Corporis juris, praecipue quod attinet ad judiciorum ordinem. Non hucusque exstat historia processus. Cum enim jus Romanum in hac re ad nostras res et mores nihil amplius valeat omnesque causae novo ordine vel statutorum urbium Italiae vel ex arbitrio Ecclesiae coordinatae fuerint, glossatores hujus rei testimonia certissima conservarunt. Neque historiâ ecclesiasticâ neque juris formulis nobis in hac re adjumentum aliquod adfertur, et scriptores ipsi de ordine judiciorum Tancredus et alii jus Romanum et recentiorem statum quasi mixtum principiisque omnibus remotis explicant.

Scotatio. c. 2. X. de consuet. I. 4.

c. 16. X. de convers. conjug. III. 32.

du Fresne. de hac re incertus manet.

Vocabulum derivat ex lingua danica, sueco gothica et gothica et docet, significare vel pulverem aut partem terrae venditae baculo factam, quae erant symbola traditionis.

Sed etiam in terris Germanicis occurrit et quidem in traditione juris decimarum, in decimis quoque annatim solutis — inprimis terris franconicis.

Getreid schütten, aufschütten.

Scrinia i. e. archivum e. g. lateranense. Lib. diurn. pag. 13. 68.

Scriniarius appellatur tabellio et est vulgare Romanum i. e. vocabulum apud Romanos tantum usitatum. Gl. ad c. 13. X. II. 26.

Scriptura

a) authentica i. e. publica originalis vel a scriptore privato recognita,

b) exempla i. e. copia, etiam exemplar:

c) exemplificata, quae propriam habet vim, si specialis ipsi fides data est. c. 1. et ult. X. 2, 22. v. instrumentum.

Scrupulus i. e. conscientiae scrupulosa.

Scrutinium est examen ordinandorum de aetate, moribus, aliisque qualitatibus ad ordinem suscipiendum necessariis.

Scrutinium in sensu speciali est modus eligendi episcopos. Scrutinii forma est valde difficilis. Gl. ad c. 29. in VI°. I. 6.

Sculpa — saepe sculta — auxilium. c. 18. C. XXIII. qu. 8. scultatores i. e. exploratores. *du Fresne. Böhmer* ad h. l. not. 53.

Scutiferi, Vicecancellarii etc. *Brancati.*

Scutum aureum, ex quot paulis constituatur. v. moneta Romana.

Scyllaceni, qui proprium trucidaverunt episcopum. c. 25. C. XXV. qu. 2.

Secretum praeter secretum confessionis sacramentalis potest aliquid dici quinque potissimum modis. *Ferr.* Secretarius qui de hac re nomen accepit, idem est atque cancellarius.

Secretum i. e. sigillum confessionis.

Sectae: earum species prioribus temporibus. c 39. C. XXIV. qu. 3. *Rupprecht*, not. hist. lib. 5. tit. 7. pag. 233 seq.

Sedes, v. scamna Apostoli vel laicorum.

Sedes — sanctissima sedes summi pontificis, sedes episcopi, abbatis, et quoque personarum laicarum, e. g. praefecti. Sedes vacans.

Seminarium ecclesiasticum vel clericorum vel puerorum.

Sententia contra matrimonium non transit in rem judicatam. Aliter sententia pro matrimonio. Gl. ad c. 7. X. II. 27.

Septa i. e. clausura sic dicta a „sepis" vocabulo (infra septa monasterii).
Gl. ad clem. 1. III. 10.

Sequestratio i. e. detractio jure facta possessionis — alia in jure Canonico, in quo extenditur etiam ad puellas, quam in jure Romano.

Serenae in Kalendis Januarii more gentilium non sunt faciendae. *Brancati.*

Sesculpa, i. e. usurae vel alia lucra. c. 19. dist. 46. .
Correctores Romani ad c. 2. dist. 47. est vocabulum Romanum.
Salmasius de modis usurar. p. 41. 311. est numerus; dimidium appellatur sesquialter.
Forcellini s. v. sescuplus.

Sex enim aetatibus mundi generatio et hominis status finitur,
1) prima enim aetas in aomine est Infantia, quae durat usque ad septimum annum,
2) secunda pueritia usque ad duodecimum vel decimum quartum annum,
3) tertia adolescentia usque ad vigesimum quintum annum.
4) quarta juventus vel virilis aetas usque ad quinquagesimum,
5. 6) quinta senectus usque ad septuagesimum et sexta abinde, quae dicitur senium.
Gl. ad prooem. in VI⁰.

Sexista — qui sextum Decretalium profitetur. Vid. Annales Heidelb. tom. I. Calend. in mense Octobri.

Sextula — sexta pars unciae auri. *Isidorus* de origin. lib. 16. c. 24.

Sidrach, Misach, Abdenago — tres fratres pii (Anania, Asaria, Misael). V. prophetia Danielis. c. 3. 4.
Moreri, dictionaire historique s. h. v. c. 1. dist. 9.

Sidus est stella vel astrum. *Ferr.* v. Mundus nr. 172.

Sigillum sacramentalis confessionis est obligatio servandi secretum in omnibus, quae ad absolutionem sacramentalem confessario aperiuntur. Officia singula apud *Ferr.* melius explicata sunt, quam in operibus juridicis.

Signatura, collegium curiae Romanae. Sunt duae signaturae justitiae et gratiae.

Simon — primus haereticus. *Döllinger*, die Grundlegung, S. 294.

Simonia — primum inter delicta ecclesiastica contra disciplinam genus: delictum quasi proprium, simoniae variae species. *Thom.* s. h. v., quodvis compendium juris Canonici.

Simplicium seductiva propositio, quae sit et propositio damnata. *Ferr.* Index generalis.

Sinaxis. Vid. Synaxis.

Sollicitatio obscoenorum in actu audiendi confessiones — bullae S. Pontificis: analecta livrais. 34.

Somnium — peccat graviter, qui ex somniis tam procedentibus ex causis intrinsecis quam extrinsecis divinat futura contingentia, aut quaecunque dependent ab humanae voluntatis arbitrio. *Ferr.*

Sonus, qui in vespere cantatur ante psalmum „venite exultemus."

Sordes sunt in angulis, v. suspensio. Gl. ad clem. 3. V. 8., spectant ad tonsuram. Gl. ad clem. 2. III. 1.

Sororius, i. e. maritus sororis.

Sortes. Virgilianae. Sacrae. Politicae. Vetitae in ecclesiasticis officiis.

Devoti inst. de divin. §. 3. Virgilianae vid. *Wolfg. Menzel*, Geschichte der Deutschen. tom. I. p. 186.

Sortilegium. *Bernard. Pap.* summa: multae species divinationis hic exhibitae sunt. V. 17.

Sotulares a sub et talo, nec recedit a praemissa permissione aestivalium, sed dicit sotulares, cum illis utantur, tales esse debere. gl. ad clem. 1. III.; 10. *du Fresne* s. v. subtalares.

Spatulomantia est superstitio. *Ferr.*

Spes v. fides.

Spicae novae offerri possunt. *Bened.* XIV. lib. V. c. VIII. nr. 2.

Spicarum collectio post absolutam messem pauperibus permittenda indicitur. *Benedict.* XIV. bull. „acerbi plane doloris.“ *Ferrar.*

Spolium

a) jus spolii neque ex jure Romano (interdicto de vi) neque ex jure Germanico (Gewähr und deren Verletzung) oritur, sed solummodo ex jure Canónico. Possessio in jure Canonico tanquam jus primitivum in rerumpublicarum ordine consideratur et remedio spolii conservatur. Ab origine fundamentum erat juris hierarchici in defendenda jurisdictione episcoporum, tum autem ad omnia jura tam publica quam privata extendebatur.

b) Spolium ecclesiasticum — jus in bona beneficiatorum, qui decedunt sine testamento et testamentario, vid. testamentarius.

Spolla — spalla — armus vel membrorum pars porci vel apri pro licentia venandi domino silvae olim praestari solita.

c. 21. X. de censibus III. 39.; *du Fresne. Böhmer.*

Sportulae — fratres sportulantes. c. 6. C. XXI. qu. 3. *Phillips*, Lehrb. p. 651.

Genae **sponsae**: pudicus debet esse sacerdos, ut et moribus et verbis pudorem indeficienter exhibeat. Unde in Canticis Canticorum genae sponsae i. e. praedicatores turturi comparantur.

c. 1. dist. 43.

Genae vid. *Forcellini*: columbae utraque gena connivent.

Stabilitas loci: monachus voto suo obligatus erat locum non derelinquendi. Regula Sancti *Bened.* c. 58.

Statio ab ecclesiasticis scriptoribus etiam jejunium appellatur. Alii stationem a jejunio distinguunt; statio pro jejunio quartae et sextae feriae accipitur.

Devoti, institt. de jejuniis §. 1.

Statio saepe sumitur pro concursu populi ad ecclesiam indictam, in qua statis diebus processio clericorum ad statas preces faciendas consistebat.

Stauropegium — patriarchis erat jus, quasdam regiones ex jurisdictione episcoporum eximendi et quodammodo sibi retinendi — regiones exemtae.

Bened. XIV. d. s. d. lib. 1. c. 4. §. 3.

Politi jurispr. eccl. tom. II. qu. 26. p. 246.

Maasen, der Primat des römischen Bischofs.

Phillips elem. jur eccl. p. 276.

Stephan v. *Tournay* Schaftlarner Handschrift. VI. tom. in *Moy's* ephem. p. 13.

Scripturarum consuctudo librum istum in quatuor partes distinguit, quarum unamquamque quartam appellant, et quidem a principio usque ad primam causam, quae est de simoniacis, secundam a prima causa usque ad tertiam decimam, quae incipit „dioecesani", tertiam ab ea usque ad XXVII., quae est de matrimonio, quartam a XXVII. usque ad finem libri ponunt.

Sterquilinium — Religiosus — „vid. specialem notionem religionis"; proprietarius (voto infidelis) est in sterquilinio sepeliendus.

Gl. ad c. un. *Joann.* XXII. tit. 10.

In Londinensi concilio anno 1075. sub archiepisc. Lanfranco communione etiam post mortem et sepulturae jure spoliati sunt monachi proprietarii et impotentes.

Thomass. I. lib. 1. c. 21.

Stigma — ex stigmate, quod fabricensibus inprimi solet: latitans fabricensis agnoscitur. c. 12. in VI°. de sent. excomm. V. fabricensis.

Stilla sanguinis i. e. Christi. *Astesanus* can. poenitent. § 40.

Stipes est illa persona, a qua aliae personae, de quarum cognatione tractatur, carnali propagatione descendunt.

In linca transversali jam in Decreto c. 2. C. XXXV. qu. 5.

Computatio non fuit jure civili perfecta, sed jure

Canonico, quia jus Canonicum computat gradus ob matrimonium, pro quo requiruntur duae personae, id quod jam a *Bernardo Pap.* in ejus summa recipiebatur. Quae vero ad finem cognationis recurrunt, ex jure Romano recepta sunt, quo cognati in genere secundum septem gradus nominantur, qui in linea transversa canonice computantur. Cum hoc idem etiam posterioribus temporibus remanserit, solummodo quoad impedimentum matrimonii quatuor gradus constituti sunt. V. comp. jur. can.

Stola — quod enim operatur pallium inter episcopos, operatur stola inter sacerdotes: stolae delatio est signum proprie denotans jurisdictionem et officinm sacerdotale, quod jam glossa juris Romani agnoscit ad l. 1. cod. XI. 11. sub voce fibulis.

Stola — est signum proprie denotans jurisdictionem et officium sacerdotale.

Sub — et obreptio: in decretalibus occurrit neque in jure Romano: reddit constitutionem nullam.

Subintroductae mulieres — quae sunt in aedibus clericorum συνείσακτοι v. agapetae. *Hefele*, Conciliengesch. I. p. 138. 206. 363.

Subornatio — vel testinm vel electorum.

Subreptio et obreptio i. e. exceptio contra rescriptum papale vel imperiale.

Subsidium charitativum: ecclesia vel episcopus non cogit, sed petit a caritate christianorum. V. quoque Peterspfennig.

Substitutio compendiosa.

Gl. ad c. 1. in VI⁰. III. 11.

Rosshirt histor. dogm. jur. civ. p. 357 sq.

Subvectorium, i. e. vectura. *J. H. Böhmer* in not. ad Decret. p. 273. not. 17.

Suffraganei Papae. *Benedict.* XIV. d. s. d. lib. 2. c. 2.

Suffraganeus, v. *Rigantius* ad reg. cancell. s. h. v. Pertinet ad episcopos, praecipue in Germania sunt vel titulati et ordinarii, vel in partibus infidelium.

Summator, ejus officium constitutum ab *Alexandro* VI. const. „in eminenti."

Super ordinatio — ne nullus vivente episcopo alius superponatur aut subordinetur episcopus, nisi forsitan in ejus locum, quem capitalis culpa dejecerit.

Superpellicia subtus amictum vel subtus albam vel stolam. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. III. tit XI. nr. 4.

Superposita i. e. exactiones extraordinariae. *J. H. Böhmer* ad Decret. p. 666. not. 37.

Superpositio in jejuniis, qui plus facit, quam justum est. *Hefele*, Conciliengesch. I. p. 136.

Superstitionis species: divinatio et ejus species, praestigium, necromantia, geomantia, hydromantia, aeromantia, pyromantia, chiromantia, metoposcopia, spatulomantia, pedomantia, physiognomia, oniromantia, astrologia judiciaria, pythonia, augurium, omen, aruspicium, oraculum, sortilegium.

Ferraris s. v. superstitio.

Susceptores i. e. patrini ad baptismum. *J. H. Böhmer* ad Decr. p. 1193. not. 2.

Suspensio ab officio et a beneficio est cum excommunicatione comparanda latae vel ferendae sententiae.

Poena violantis suspensionem est irregularitas. De his rebus egregie tractat, tam de excommunicatione quam de suspensione

Kober in ephem. Tubing. annus XXXIX, et in opp. der Kirchenbann und die Suspension.

Suspensionis species. gl. ad clem. 3. V. 8.

Susurratio est detractio. *Ferraris* ad v. detractio art. 1. nr. 10. — Prava oblocutio de proximo ad injuste tollendam amicitiam ipsius cum aliis, discordiamque seminandam juxta illud Ecclesiastici 28 „susurro et bilinquis maledictus."

Symbolum — *Rupprecht* in not. histor. ad titul. de summa trinitate et fide cath. de symbolo apostolico, Nicaeno, Constantinopolitano, Athanasii, Lateranensi, Viennensi, Florentino (v. filioque), Tridentino. Derivatur ab Apostolis — nam symbolum Apostolorum primum est et

confectum, uti dicunt, ab omnibus simul apostolis, quorum quisque aliquem morsellum seu particulam quandam apposuisse fertur. In genere est symbolum signum et regula fidei, brevis credendorum collectio.

Synaxarium — collectio qnaedam Orientalium, quam recitare solebant post lectionem sextam Sabbathi ante dominicam Sexagesimae. *Bened.* XIV. de synod. dioec. lib. VI. c. 3. nr. 7.

Synaxis sacra et collecta, i. e. conventus et cóngregatio fidelium, qui ad fundandas preces conveniunt: cursus ecclesiasticus, quem singulis diebus confici oportet, et breviarium quasi summa precum, nt divinum officium recte persolvatur.

Syncelli

a) antiquitus, qui cum episcopo in eadem cella manebant, ut vitae ejus et omnium ejus actionnm tcstes essent. *Thomass.* I. lib. 2. c. 100. nr. 1.

b) dignitas ecclesiastica posteriori tempore, qua qui cohonestatus erat, in eadem, qua episcopus, domo habitabat, ejusque familiaris vel conciliarius ecclesiasticus erat. *du Fresne* s. h. v

Synderesis, Syntheresis est pars prudentiae, quae procul videt, cum considerat consideranda, (circumspectio). Gl. ad extrav. comm. c. un. II. 6. resp. c. 19. de poenit. dist. 1. c. 5. de poenit. dist. 5. V. conscientia.

Synodus dioecesana est complexus cleri dioecesani ad audiendum statutum dioeceseos et vocem episcopi, ad cognoscendas sed non definiendas leges ecclesiasticas.

In ipsa ostenditur conjunctio clericorum intima cum episcopo et ecclesia, recognoscuntur omnes canones, ideoque scriptum est celeberrimum opus *Benedicti* XIV. de synodo dioecesana: quasi compendium juris Canonici. Historiam synod. dioec. explicat *Thom.* III. lib. 3. c. 75. V. synod. Mogunt., Colon., Salisburg., Mett. et al. in *Freiburger Lexicon.*

Examinatores prosynodales constituit episcopus.

V. examinatores synodales. *Ferrar.* Synodales testes erant circumitores, vitam et mores hominum exploraturi.

Synonyma et Opposita. Non ubique reperitur oppositum, sed non raro aliquid, quod habet mixtam naturam, distinguitur directe et indirecte Oppositum. Non enim res quaedam alteri semper est contraria, sed quovis modo vel conjuncta vel disjuncta. In nostro juris argumento inprimis respiciendum est ad significationes latinae et graecae vocis: e. g. „missa est *λειτουργία*, synaxis, eulogia, agathon mysterium.“ Tunc missa discernitur tanquam sacrificium ab eucharistia, inest quidem eucharistia sacrificio, sed eucharistia potest celebrari sine sacrificio. Conjuncta quoque potest esse cum missae sacrificio homilia vel concio, sed hae non pertinent ad sacrificium.

Syntyche — congressus i. e. ecclesia, v. evodia.

Systema juris canonici quod attinet ad jus privatum. In sensu speciali ecclesiastico respicit ad jus clericorum et ad jus bonorum ecclesiae acquirendorum, conservandorum et amittendorum. Ubique ecclesia praetendit immunitatem.

In usu generali jus Canonicum multa corrigit christianitatis more in eis, quae desumta fuerunt ex jure Romano. Jus matrimonii et familiae plane juris novi est: in jure rerum exstat possessio juris Canonici cum remedio spoliationis — jus in re et ad rem in beneficiis, concessio privilegiorum et acquisitio eorum per possessionem immemorialem — praescriptio bonae fidei continuae, genus precariorum, multa, quae nuperrime constituta sunt in alienationibus tam inter vivos quam mortis causa — testamentorum ordinatio, executorum ultimae voluntatis jus, denique pactorum sanctitas juramentis et votis confirmata.

Videas praefat. sec part.

T.

Tabaccum — num sumptio tabacci frangat jejunium naturale? Nostri scriptores rerum naturalium nil fere exponunt ex constitutionibus quasi physiologicis Paparum et ex decretis congregationum.

Tabardum foderatum i. e. epitogium. *du Fresne. Klotz* s. v. epitogium, Beneficiatis et Religiosis vetitum. clem. 2; de vita et honest. Clericorum.

Tabellio — servus publicus, quia publicum exercet officium, non quia sit servus. gl. ad c. 2. in VI⁰. V. 5. Cf. servus in sensu christiano, e. g. servus servorum Dei.

Tabernaculum — claves tabernaculi a solo sacerdote servantur.

Taciturnitas. gl. ad reg. 43. in VI⁰.

Talamarcae sunt daemones. c. 7. dist. 44. not. in ed. *Böhmeri.*

Talliae — bessis aurei vel argentei nummaria partitio. *du Fresne.*

Collectae aut exactiones clericorum erant, — ab ipsis non sunt extorquendae, sed subventiones a praelatis ecclesiarum praestari possunt.

De hac re — et solummodo de hac ipsa constituit *Clemens* V., revocat et pro infectis vult haberi Decretalem „Clericis laicos" a *Bonifacio* VIII. confectam. Clem. un. de immunit. eccles. III. 17.

Taxillorum ludus, v. ludus.

Tentatio. Aliud est, quod animus de tentatione carnis patitur: aliud vero, cum per consensum delectationis obligatur. Humana tentatio est, qua plerumque in cogitatione tangimur etiam nolentes. Paulus ad Corinth. I. c. 10. „tentatio vos non apprehendat nisi humana." Jam vero daemoniaca est et non humana, cum ad hoc, quod carnis corruptibilitas suggerit, per consensum se animus adstringit. c. 23. de poenit. dist. 2.

Terminatio. c. 54. C. XXXVI. qu. 1. Plures baptismales ecclesiae in una terminatione esse non possunt; terminatio est „Bezirk.“

Terrae comestio habita pro communione. *Bened.* XIV. lib. III. C. XVI. nr. 2.

Tertiarii et tertiariae seu ordo poenitentium — apud Franciscanos, Dominicanos et Servitas.

Thomass. s. tertiarii.

Gaudent privilegiis, quibus gaudent fratres ordinis, cujus tertiae regulae habitum gestant, et in sepulturis. *Ferrar.* assignatur sub nr. 41. quando et quomodo hic tertius Ordo fuerit a Seraphico Francisco institutus et sua regula corroboratus.

Testamentum

a) librorum sacrorum,

b) testatio mentis mortis causa,

c) ejusdem executor i. e. testamentarius.

Testamentarius, in jure Romano, qui testamentum scribit, in jure Canonico executor testamenti.

Testes synodales non sunt testes, sed jurati, qui recipiebantur in terris Germanicis.

Testimoniales literae et commendatitiae clericis ab episcopo concessae spectant ad clericum, qui peregrinus est in alia dioecesi. Novus Articulus Editorum *Cassinensium.*

Textus juris civilis: varii textus juris civilis in Decreto occurrunt, quare qui operam dat juri civili, etiam decretum respiciat necesse est. e. g. c. 9. C. XII. qu. 2. *J. H. Böhmer* in praefat. ad Decret. p. 33. sub not. a.

Theologia — scientia theologica interna et externa: haec vocatur jus Canonicum. ratio inter theologiam et philosophiam haec est: Theologi sunt doctores ecclesiae, jam *Marcus Evangelista* de ipsis verba fecit *Eusebius,* Hist. lib. II. 15. 23.; erant ipsi et Catechistae. Theologi primum nomen tulit *Gregorius Nazianzenus* anno 370 in orat. 5. de mysterio S. Trinit. — quem librum de theologia inscripsit; sed theologia tunc temporis nullo modo erat systematica: et philosophorum modo

conscripta — sed potius erant notae contra haereses et homiliae pro fidelibus.

Saec. VIII. Joannes Damascenus de fide orthodoxa multa ita attigit, ut tum subsistebat theologica scientia Graecorum. In occidente floruit philosophia Petri Lombardi quasi epitome theologiae. Tum exorto schismate inter orientalem et occidentalem ecclesiam, et posteriore quoque tempore controversiis constructis in eucharistia de corpore et sanguine Christi—etiam de praedestinatione prodiere varia scripta polemicorum theologorum. Saeculo XI. dialectica et Socratica et Aristotelica in theologiam pervenit, et tunç sententiarum libri ex mente Lombardi valebant, quibus perfecta est tandem theologia scholastica. *Thomas*, *Bonaventura* et *Duns Scotus*. Saeculo XV. accesserunt *Molinistae et Augustiani*. Saeculo XVI. *Lutherus*, *Calvinus* — inde nova polemicorum theologorum schola exorta est, unde tam a protestantibus non minus quam a catholicis nova philosophia desideratur. Quam plurimi putant, theologiam Catholicorum semper semperque remanere scholasticam, ut inter recentiores *Kleutgen*: alii vero novum cogitant fundare principium, quo adeo inter Catholicos exorta est controversia inter *Clemens* professorem Monasteriensem et *Kuhn* Tubingensem.

Thesaurarius. Ministeria Clericorum dividuntur in archidiaconi et primicerii curam ac thesaurarii sollicitudinem. c. 1. dist. 25.

Cum vero presbyteria vel capitula ordinarentur — episcopus constituebat tanquam propria ministeria vicarios et oeconomos.

Thesaurus resolutionum S. Congregationis Concilii etc. et decreta authentica sacrae rituum congregationis notis illustrata non habent vim authenticam. Analecta juris pontificii, septième livraison, 1855.

Thurificati, qui Deis ethnicis se dederunt, nomen Christianum ejurantes — qui thus idolis adoleverant — sacrificati, libellatici — lapsi.

V. lapsus.

Thaurificatio competit quibusdam personis clericis et laicis. Juxta formam Caeremonialis cum unico tantum thuribulo est facienda. Usus enim duorum thuribulorum non probatur. Thurificatio munus est diaconi, qui etiamsi sit ex dignitatibus vel canonicis, post incensatum episcopum debet alios praelatos, si adsint, magistratum saecularem, dignitates et canonicos incensare, mansionarios vero et alios capellanos alius capellanus seu magister caeremoniarum incensare debet.

Thuribulum — *Ferr.* — Index rituum.

Thymele — pulpitus.

Thymelici — histriones, cantatores, quia olim in scena super pulpitum cantabant et spectaculum sui corporis praebebant.

gl. ad c. 35. dist. 5. de consecr.

Thymiama — incensus — oblatum ad altare tempore sacrificii. *Benedict.* XIV. d. s. dioec, v. index.

Titubare est ejus, qui in suspicione habet id, de quo contenditur. gl. ad c. 4. X. 1. 38.

Titulo „de Suor", non „de Donne" vocari debent moniales.

Titulos concedebat P. S. Regibus — Apostolicum, Catholicum, Fidelissimum, qui posterior assignatus est a *Benedicto* XIV. in const. Maxima Portugalliae et Algarbiorum regi.

Titulus quoque est res ecclesiastica, a regimine saeculari suis officiis et magistratibus usurpata.

Pontifex Summus utitur titulo: Servus Servorum Dei.

Titulus Eminentissimi et Vestrae Eminentiae coeptus est dari Cardinalibus 1630 ex decreto sacrae congregationis Rituum, confirmato ab *Urbano* VIII. 10. Junii 1630.

Titulus Reverendissimus competit Episcopo, neque capitulum cathedralis Ecclesiae est salutandum cum titulo Reverendissimi in absentia episcopi.

Titulus Messere Mon-Signore anno 1564 tribui solebat nobilibus personis. Nemini competit honorificum titulum sibimet ipsi attribuere.

Titulus quoque est praecedentia officii e. g. familiaritatis, beneficii, patrimonii.

Sunt et titulares episcopi, qui ad concilia generalia, ut votum habeant decisivum, vix vocari possunt.

Parochiae habent tituli — nam tituli Cardinalitii Romae erant olim parochiae.

Titulus Crucis D. N. Jesu Christi inventus fuit Romae in ecclesia Sanctae Crucis in Hierusalem 1492. Graecis, Hebraicis et Latinis characteribus conscriptus. *Alexander* VI. const. Admirabilis.

Titulus: variae sunt significationes, *Ferrar.* Adjungas ea, quae spectant in acquisitione rerum ad titulum et modum.

Titulus — ordinare sine titulo, absolute ordinare. *Devoti* instit. de ordine presbyter. etc. § 9.

Titulus ordinationis, mensae. V. *Moy*, Archiv III. p. 257 sq.

Tomus dicebatur charta vel etiam membrana. *Vossius* in etymol. s. v. tomus. hinc nostro tempore tomi librorum, c. 10. C. XXV. qu. 1.

Tomus venerabilis — epistola dogmatica *Leonis Magni* ad *Flavianum* adversus errores Eutychetis. Lib. diurn. p. 37.

Tomus, τόμος — ancoratus, v. *Hefele*, Conciliengeschichte II. §. 97. und p. 19.

Tonsura proprie est illa abscissio capillorum, quae est in parte inferiori, ut aures pateant: sed clerico est abscissio capillorum in parte superiori, et circuitus abscissionis illorum capillorum vocatur corona. gl. ad c. 1. in VI⁰. III. 2.

Tornatrices i. e. mimas, saltatrices aut turpia joca vel urso vel tornatricibus ante se fieri, presbyter non patiatur. c. 7. dist. 44. (palea).

Tractus a trahendo — suspirantes ab imo pectore gemitum trahunt. v. liturgia. *du Fresne.*

Traditio.

a) Quae Apostoli a Christo ore acceperant, eadem illi gentibus ore tradidere. Apostoli enim hoc depositum custodiebant, et hi, qui successionem habent ab Apostolis, eadem fecerunt; nonnullae igitur causae tunc exponebantur, quibus Apostoli potius verbo traditō,

quam scripto, Christi Evangelium disseminare coeperunt.

b) Sic oritur canon per ecclesiam, et sine ecclesia nulla traditio.

c) Canon simul et traditio per spiritum sanctum custodiuntur in ecclesia ad vitam aeternam, uti a salvatore ipso verba facta sunt.

d) Inde datur doçtrina per Christum ipsum, per apostolos et per ecclesiam, et traditio distinguitur in divinam, apostolicam et ecclesiasticam.

e) Sed litera et interpretatio literalis non vivificat, sed via per Christum Jesum, spiritum sanctum, sacras literas, testimonia patrum et doctrinam ecclesiasticam. *Ponsio* antiqu. jur. lib. 1. tit. 4.

Si respicere velis singulas literas sacras, non omnes esse canonicas reperies. De hac re post quartum saeculum ecclesia ipsa sententiam tulit definitivam.

Klee, lib. dogm. tom. I. p. 270 seq.

Tertullian. praescr. XXXVII.

Eusebius III. 24.

Hieronym. Explan. ad Dardan.

Augustinus de Cit. Dei 23. nr. 4. Faust. XXXIII. 6. Doct. Chr. II. 8.

Traditionalismus — singularis doctrina Theologorum recentioris temporis — censurata.

Transitus — translatio beneficiorum in specie episcoporum. *Phillips*, jus can. tom. V. §. 225.

Transubstantiatio, derivatur ex substantia et accidentia — corpus et sanguinem Christi realiter et vere sub speciebus panis et vini contineri docetur. *Denzinger*, Enchiridion Symbolorum p. 483.

Treuga Dei — „Gottesfriede", pacificatio hominum imperante e c c l e s i a: securitas.

Tridentinum Concilium. Ejus interpretatio est

a) auctoritativa i. e. per papam vel congregationem Concilii Trident. interpretum facta,

b) fit per judicis vel magistrorum operam,

c) per consuetudinem.

Sed neque per episcopos judices, neque per doctores magistros — neque per consuetudinem aliquid mutari potest; ergo haec interpretatio solummodo est declarativa, et auctoritativa fit necessaria.

Interpretatio judicis praevalet magistrali, et per magistros neque glossae neque adnotationes vel commentarii adscribi possunt Concilii thesibus, inde collectio libri septimi a *Clemente* VIII. facta rejecta fuit. *Fagnanus* tit. de judiciis. nr. 62.

In certis terrae provinciis Concilium Trid. publici juris factum, in aliis non. *Perrone* de matrim. christ. tom. 2. et analecta jur. pont. livr. 28.

Tripudia, quibus SS. Martyrum natalitia profanabantur, vetita. *Bened.* d. s. d. lib. XI. c. III. initia.

Trisagium (festum de trinitate personarum) est hymnus sic dictus a ter repetitâ voce ἅγιος ὁ θεὸς ἅγιος ἰσχυρός ἅγιος ἀθάνατος ἐλέησον ἡμᾶς — apud Graecos frequentissimus, apud Latinos receptus.

Trismegistus c. 1. dist. 7.

Triturans bos. deut. 26. et ad Timoth. I. 5. c. 1. extravag. comm. de privilegiis.

Trivagium, quo tres personae divinae laudantur. *Ferrar.*

Tropologia a tropo — τρόπος est dictio, in qua propria est — translata in eum, in quo propria non est. *Quinctilianus* lib. 9. c. 4.

Tropus est figura et tropologia figuratus sermo, Vid. *Hieronym.* in Joel. c. 2. est demonstratio scientifica — moralis, *Forcellini* „juxta tropologiam" c. 71. de poenit. dist. 1.

Hieron.: „super tribus sceleribus Damasci et super quatuor non convertam eum, sequitur juxta tropologiam etc., et de peccatis omnibus in quatuor genera divisis sermo est. respice ad glossas:

a) ad can. cit., ubi tropologia appellatur moralitas,

b) ad c. 4. dist. 37. secundum tropologiam i. e. secundum moralem intellectum a tropos, quod est conversio, quando verba nostra convertimus ad mores informandos.

Truffatores, i. e. fraudatores — stellionatus convicti.

Trulla — Trullum ecclesiae Sophiae. *du Fresne. Hefele*, Conciliengeschichte III. p. 236.

Truncus — pars arboris crassior et rectior a radice usque ad cacumen, ex qua rami exeunt. *Forcellini.*
c. 20. C. XXXV. qu. 2. 3.
c. 1. C. XXXV. qu. 5.

U.

Ultramarinum votum — potest maritus facere sine uxoris consensu. *Brancati* s. v. vir.

Ultramontani. Ultramarini., *Brancati* s. h. v., Transmontani, Transmarini. *Brancati* s. h. v.

Unctio apud Graecos c. 1. X. I. 15. obtinet adhuc in ecclesia Graecorum unita. *Bened.* XIV. const. „Allatae". ejus species et historia. *Ponsio* antiqu. I. 15.

Unigenitus — haec constitutio continet irreformabile sedis Apostolicae ecclesiae universalis judicium. (*Clement.* XI.) *Devoti* inst. de libris improb. lect. §. 6.

Unio et sectio. Quando vel duo beneficia uniuntur, vel unum in duo dividitur. V. compendia juris.

Universitas literarum est j u r i s d i c t i o collegiis literarum concessa.

Urbs — differentia est inter civitatem, castrum, oppidum, urbem et villam.
Gl. ad c. 11. in VI^{0}. V. 11.

Uriae literae. c. 33. X. de off. jud. deleg. I. 29.

Usum Magnetismi, qui favet incredulitati et corruptelae, non licere constat ex Constitutione *Gregorii* XVI. *Ferr.* ed. *Casin.* tom. VII. p. 575.

Usurae: prohibitae sunt jure Canonico, et naturalis obligatio in civilem sub tali promissione deduci non potest.
gl. ad clem. un. V. 5.

Qui promittit usuras, f i d e j u r i s j u r a n d i eas sol-

vere obligatur, sed accipiens solutas sine causa tenet. c. 6. X. II. 24.

Nec agnoscit jus Canonicum illud negotium nostris temporibus quam maxime usitatum — interusurium, repraesentationis commodum vel disconto.

Utensilia — pro missa quotidiana.

V.

Vacare. Vacatio v. collatio, provisio.

Vadium v. pignus — fidejussio — gadium — gage.

Vadium mortuum est hypotheca creditori ita oppignorata, ut fructus omnes fiant creditoris, erat dominium revocabile et revertebatur, si debitum solutum erat; in ipso fuerunt usurae tacite jure Canonico concessae — eo modo, quo erat in jure Romano antichresis.

Vadium vivum, quod nunquam moritur ex aliqua parte et ex suis proventibus acquiritur; erat fidejussio rerum et obligatio; formulae servandae erant, quae in alienandis fundis praescriptae sunt — nempe investiturae vel aliarum cautionum.

Vagipalantes. *Bernard. Pap.*, lib. 1. tit. 14.

Vagus — vagabundus, qui certam et constantem sedem habitationis nullibi habet.

Vana gloria, i. e. superbia.

Vana observantia, i. e. superstitio. *Ferrar.*

Vates a vi mentis appellatus est, cujus significatio multiplex est, nam modo sacerdotem modo prophetam significat modo poetam.
c. 1. §. 9. dist. 21.

Velamen sacrum — minime imponatur in quibusdam diebus festivis. c. 11. C. XXII. qu. 1.

Veneti expugnarunt ladera: i. e. insulam Lade. c. 34. de sent. excomm. V. 9. *Scheller* Lex. sub voce „Lade."

Venter pinguis crassum sensum generat.
c. 12. dist. 44.

Venter plenus facile de injuriis disputat. c. 71. C. XII. qu. 2.

Venter mero aestuans facile despumat in libidinem. pr. et c. 5. dist. 35.; pr. dist. 44.

Verum idem quod ratum in matrimonio. *Bened.* XIV. d. s. dioec., lib. VIII. c. XIII. nr. 5.

Vesperae — una ex horis ecclesiasticis, quam eandem esse cum lucernario volunt viri docti. *du Fresne.*

Vestes clericorum seu communes seu sacrae. *Thomass.* s. h. v. syrmata, tabardi.

Benedict. XIV. lib. XIII. c. VIII. nr. 2. Vestiarium in Indice.

Vestes virides et rubeae clericis prohibitae. gloss. ad clem. 2. II. 1.

Vestimenta sacra / **Vasa** } c. 39. 40. dist. 1. de consecr.

Vetustas immemorialis — juris institutum, quod originem ducit ex jure Canonico.

Plerumque nullo modo est praescriptio sed praesumtio tituli. V. comp. jur. V. praescriptio. dissertt. Heidelbergenses a *Buchka et Friedländer.*

Viaticum v. *Bened.* XIV. d. s. d. Index. Tenetur aegrotus in mortis periculo constitutus tum jure ecclesiastico tum divino sacrum viaticum sumere, quamvis non est jejunus.

Vicaria perpetua est beneficium.

gl. ad c. 2. X. I. 29.

Vicarius Apostolicus.

Non intelligitur Cardinalis vicarius urbis, cui competunt amplissimae facultates ex constitutione Pontificum *Pauli* II., *Julii* II., *Pauli* III., *Clementis* X., *Innocentis* XIII. et *Benedicti* XIII., sed ille, qui interdum mittitur a S. Pontifice cum brevi, vel a sacra Congregatione Episcop. et Regularium cum facultate administrandi totam jurisdictionem episcopalem, aliquando sede episcopali plena et aliquando sede vacante. Talis vicarius potest omnia facere, quae potest episcopus

exceptis pontificalibus, itaque jurisdictio vicarii Apostolici est eadem atque episcopi.

Vicarius Cardinalis urbis revera est Episcopus et ordinarius urbis, neque delegatus alio modo, atque omnes alii episcopi in suis territoriis.

Vicarius Capitularis — generalis et foraneus non sunt episcopi, sed habent jurisdictionem non delegatam ab episcopo.

Vicarius Capitularis a capitulo sede vacante eligitur ex principiis Concilii Tridentini nec capitulum aliquid sibi reservare potest. Si a Jure Consultis singula excipiuntur, hanc rem optime explicat Leurenius de vicario.

Vicarius generalis Episcopi tunc solummodo instituitur, si episcopus variis imbutus est negotiis, vel si ipse non est jurista vel canonista. Et vicarius generalis ad omnia, quae ad jurisdictionem vel administrationem spectant, constituitur, nisi adest officialis vel oeconomus. Neque vero officium habet omnino necessarium in re hierarchica, sed illud reservatum est episcopo ipsi. Ex tempore *Bonifacii* VIII. horum vicariorum mentio facta est.

Vicarius foraneus amoveri potest, si episcopo displicet, et habet jurisdictionem limitatam in re ipsa et in suo territorio.

Sunt variae differentiae inter vicarium capitularem, generalem et foraneum. Vid. *Ferr.* in appendice editorum *Casinensium.*

Vicarius parochialis est vel perpetuus et habet beneficium, vel temporarius habet, qui congruam sed est amovibilis. In parochiis u n i t i s, monasteriis et conventibus regularium vicarius perpetuus vel manualis desideratur.

Denique sunt administratores parochiarum, qui instruuntur ab episcopo dioeceseos, ideoque ab eo nominantur et mittuntur — cooperatores quoque, capellani — saepissime cognominati vicarii, non raro ab episcopo electi, sed arbitrio parochi obnoxii.

Vicedominus — alter ego. c. 3. 4. dist. 89.

Vicedominus — qui vicem oeconomi tenet, ergo in hac re

alter ego episcopi — quia vicedominns gubernat res ecclesiae cum arbitrio ab episcopo suo concesso.

Vidones. Udones. Videas ornatum sacrosanctae Romanae ecclesiae. c. 15. §. 3. dist. 96.

Vidua, quae intra annum nubit, non tenetur poenis juris Romani. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. 9. c. 12. §. 6.

Viduam, si duxit laicus, ordines recipere non potest. c. 33. X. de testibus II. 20.

Vigilare i. e. defectus inquirere.

Vigilia dicitur dies profestus, scilicet dies primus ante festum, qnia tunc preces vespertinae — vigiliae. In vigiliis jejuninm ordinatum est.

Vigiliae — nocturnae preces, quibus veteres olim Christiani vacabant, nunc abolitae et in solis fere monasteriis et aliquot ecclesiis cathedralibus usnrpatae.

Vinum admissionis. Clericus receptus debet canonicis fratribus concedere prandium. c. 7. C. I. qu. 3. Hodie statutis capitulorum dicitur vinum admissionis. c. 44. X. de sim. V. 3.

Virga poenitentiariorum vel bacchetta est praejudiciale poenitentiariis ecclesiarum patriarchalium urbis.

Virgilius, vid. sortes Virgilianae — episcopus Salisburg. *Freiburger Lexikon.*

Virilia amputare prohibitum est. c. 4. X. de corp. viti. I. 20.

Virtutes christianae. V. *Fontanini* p. 563. *Thom.* ab *Aquino.*

Prior recenset novem: fides (dist. 2. c. 15. c. 36. C. XXIV. qu. 3. *Azo. Rosshirt*, hist. dogm. jur. civ. p. 147.) caritas. justitia. prudentia. temperantia. castitas. patientia. perseverantia. misericordia.

Alter septem: fides. spes. caritas. prudentia. justitia. perseverantia. moderatio. (et in hac castitas, patientia et misericordia).

Opponuntur peccata:

in spiritum sanctum,
inobedientiae,
gulae et ebrietatis,
luxuriae,

avaritiae,
mendacii,
detractionis,
murmurationis. V. *Fontanini.*

Visitator vel interventor, qui quondam ecclesiae cathedrali vacanti datur ad episcopum eligendum. Episcopus ipse potest visitare Clerum et Laicos. Denique est visitatio liminum Apostolorum.

Visitandi jus episcoporum in specie. Jus dioecesanum in hac re. Hic est locus verba faciendi de celeberrimo opere *Bened.* XIV. de synodo dioecesana. ICti Germanorum solummodo spectant ad illam jurisdictionem ecclesiae in medio aevo, in qua quaedam institutiones juris saecularis conjungebantur cum jurisdictione ecclesiastica, e. g. *Dove* in ephem. *Reischeri*, tom. XIV., sed magis ex historia juris ecclesiastica res conficienda erat, ut in scriptis *Thomassini*, et in bibliotheca *Ferraris* et praecipue in opere *Benedicti* XIV. explicitum est. Discerni debent officia episcopi in genere, et in specie, quae in synodo dioecesana tractantur. Jurisdictionem habet episcopus: puniendi finis in synodo dioecesana et visitatione nón intenditur, sed corrigendi et salutares poenitentias injungendi. Ita jura singularia episcoporum discernenda sunt. Episcopus docet, minister est omnium sacramentorum, et habet plenitudinem ordinis: sed per concessionem pontificis summi quoque omnem jurisdictionem in suo territorio possidet, in utraque re — reservandis reservatis. Jurisdictio in sensu latiori est potestas ecclesiae, et consistit in lege ferenda, conciliis convocandis, visitandi et corrigendi facultate, et tum est jurisdictio in sensu speciali, quod attinet ad jura et beneficia, disciplinam et imperium poenas inferendi. Si episcopus jure utitur visitandi, corrigit quoque, sed solummodo in foro interno. Praeterea ejus officia in exercenda visitatione spectant ad omnia, quae desiderantur in statu ecclesiae: episcopus visitat cancellarium, capitulum et canonicos, parochos, vicarium foraneum, presbyteros et clericos, Regulares,

nisi sxemti sunt, moniales, eremitas, hospitalia et montss pistatis, confraternitates laicorum, seminaria, statum ecclesiarum baptismalium et aliarum, funera et ordinem funeralem. imaginss sacras in ecclesia ipsa st sxtra eandem — poenitentiarum statum, administrationem sacramsntorum, inprimis matrimoniorum legem, festorum et missae cslebrationem, lsgata pia et institutionem juvenum et omnium famulorum ecclssiae.

V. *Ferraris* — inprimis Concilium Trident. sess. XXI. de reform. 8. nr. 1. 9.; sess. XXV. de reform. 7. nr. 5. 6. nr. 1—3.; sess. XXIV. de reform. 3. nr. 1.; tunc additiones *Casinenses* apud *Ferrar.*; cf. *Bouix* de episcopo tom. III. p. 20 sq.; *Devoti* jus can. universum, tom. II. p. 289.

Vita communis Clericorum. Institutum renovatum a beat. *Holzhauser*, v. Catholik 1861. November.

Vita canonica, horae canonicae. Breviarium. Calendarium. Calendarium Aurorae. *Lambertini*, Institt. 24. i. f. 13. 107. §. 14.

Vitium est peccatum.

Vocabula technica.

Jus Canonicum syntaxin et etymologiam linguae classicae continet, neque medii aevi vocabula st syntaxin ad se trahit, e. g. in verbo „offiicialis" non scribitur officiator, officiarius, officier — non officialiter, officialista, officialatus etc.

Omnino necesse fuit, vocabula nova construi in illis rebus, in quibus erant novae notiones i. e. Romanis incognitae, st si Romana vocabula non sufficerent, quod raro obveniebat, uti videre licet in tit. de V. significatione, semper technicae voces Romanae eligsbantur. Sed hoc notandum, verbis Romanis aliquid novi explicari, s. g. in litis contestations.

Vocabulum *πορνεία* opponitur vocabulo *μοιχεία*. Prius enim vocabulum in ss continet:

a) omnia carnis, delicta non conjugatorum et conjugatorum, ita ut in causa ulteriori nuptiae nequeant solvi, quia matrimonium est sacramentum.

b) Sed non post divortium nova conjunctio maritalis vivente priore conjugato, qua spernitur sacramenti inviolabilis conjunctio.

Döllinger, in ejus notis zur Grundlegung des Christenthums.

Votum — redimi nullo modo potest, si jura alterius, nempe creditoris violantur, inde pactum nudum obligatio civilis facta est — inde verbum germ. „Gelöbniss.", quasi pactum,

Vulgata. correcta. Ejusdem historia ante et post Concilium Trident. Analect. jur pontif., livr. huitième.

Vulnus letale. Primum vestigium hujus notionis, qua Juris Consulti distinguunt corpus delicti ab imputatione, reperitur in c. 17. X. de homicidio V. 12. ita, ut revera cognosci possit, jus Canonicum ipsum primum fontem fuisse juris criminalis nunc vigentis. Nam in ipso reperitur divisio criminis, quod attinet ad notionem delicti in genere et imputationem propriam in dolum et culpam, in delictum consummatum et inceptum, in auctores et complices.

X.

Xenia illa seu dona aut munera dari solita per Cardinales absentes noviter promotos: eorumque divisio. *Ferr.* sub v. xenia. *Bened.* XIV. d. s. d. lib. V. c. VI. nr. 4.

Xenodochia v. loci venerabiles; alia res quam cenodoxia. *κενοδοξία.*

Xenoparochus, cui munus injunctum est hospitibus publicis comparandi ea, quae ad victum necessaria sunt. *Dirksen:* non est vocabulum ecclesiasticum.

Xerophagia est aridus victus, qui constat aut pane et sale cum aqua, aut pane, aqua, sale et oleribus. *Devoti*, de jejun. §. 6. not. 3.

Xerophagiorum lex — tantum in majori hebdomade ab ecclesia universa observabatur.

Z.

Zelotypia (Eifersucht). *Ferraris.*

Zingari, zingarae, qui vel quae se jactant divinare bonam vel malam fortunam. *Ferraris.*

Jus Canonicum

quomodo sit tractatum in literarum sedibus Germanicis per medium aevum usque ad nostram aetatem.

Rem, de qua dicturus sum, nemo nescit, a doctissimo et illustrissimo Savignio nunc pie defuncto in opere celeberrimo historiae juris Romani medii aevi felici successu tractatam esse, quod attinet ad Italiae et Galliae et Hispaniarum Universitates, atque doctissimum quoque Thomassinum quaedam ex jure Canonico de Polonia exposuisse: *) sed celeberrimi hi juris Romani et Canonici praeceptores nostrarum Germaniae Universitatum studia minus respexerunt. Itaque haud scio an ipse operae pretium facturus sim, si de his studiis nonnulla in medium proferam, quae e libris MS. potissimum ducta necdum cognita ad accuratiorem Universitatum et studiorum in his tractatorum cognitionem nonnihil facere posse videantur.

Studia generalia, quae tunc temporis dicuntur, institui non poterant, nisi re ad Pontificem maximum delata et cum hoc tractata: ab hujus enim approbatione pendebant tam artes liberales quam ipsius theologiae studia, cujus doctores tamquam magistri artium agebant. Idem fere obtinuit in jurisprudentia, cum doctores decretorum haberentur pro theologiae externae magistris; unde factum est, ut Clemens VI. in bulla sexti Januarii anni millesimi trecentesimi

*) Clemens pontifex V. de studiis generalibus in urbe Romae, Bononiae, Salamantica, Oxoniensi tractat Clem. 1. V. 1.

quadragesimi septimi hoc institutum non tantum utile esse declararet, sed etiam gradus ab Universitate Pragensi impetratos per omnem Christianum terrarum orbem valere juberet: quod quantum ad scientiae studia in universum promovenda valuerit, nemo non intelligit.*)

Ac si ad Universitatem Pragensem respicias tanquam parentem Universitatum Germaniae, quae ex auctoritate Pontificis Summi instituta est, simul recurrendum est ad ejus statum politicum et oeconomicum, quo modo regeretur et conservaretur. Quod ad sumtus necessarios attinet, debuit jam illo tempore Carolus IV. subsidia impetrare a Bohemiae statibus, qui dicuntur, a quibus cum sumtus necessarii concessi essent, id publice professus est in aurea bulla septimi Aprilis a. millesimi trecentesimi quadragesimi octavi, qua res universitati necessarias in eam se collaturum esse declaravit.

Tum etiam ea imitatus est, quae de studiosis Bononiensibus Fridericus primus instituerat, ut studiosi cum omni securitate proficisci possent. His peractis Universitatem Pragensem bulla decimi quarti Januarii anni millesimi trecentesimi quadragesimi noni Caesar Germaniae confirmavit.

Ad hanc vero Universitatem idcirco nobis iterum recurrendum est, quoniam hic instituta medio aevo usitata in docendi et regendi et vivendi modo apud doctores et scholares inter nationes divisos maxime obtinebant.

In methodo docendi fuit studium in artibus, quod in Gallia inde a Caroli Magni temporibus admodum colebatur: ubi trivium et quadrivium erat conjunctum, studium generale dicebatur; doctores decretorum et theologiae fiebant magistri artium ac medicina quoque hoc studio con-

*) De Universitate Pragensi exstant varia sed non satis accurate perscripta opera: Stabel, Geschichte der juristischen Fakultät 3 voll. Prag 1827. Vogt, Versuch einer Geschichte der Universität Prag. Prag 1776. Liber Decanorum facult. philosophicae Universitatis Pragensis. Pragae 1830. Statuta Universitatis Pragensis — conjuncta opera D. Antonii Dittrich et D. Antonii Spirk (Monumenta historica t. III). Tomek, Geschichte der Prager Universität. Prag 1849.

tinebatur, et quod ad rem physicam et chirurgicam attinet, uti tum res medicinalis appellabatur, multum jam ea in Universitate Parisiensi tractabatur, ut *Bulaeus* et *Pasquier* celeberrimi hujus Universitatis scriptores, testantur. Medicos ad artistas pertinuisse, etiam Sarti de Bononia eloquitur, serius demum doctoris honores illos accepisse concedens.*) De legistis neque in Universitate Pragensi neque in Parisiensi illo tempore verba facta sunt.

In jure regendi Pragensis Universitas eadem instituta accipiebat, quae Parisiis, ubi Carolus IV. ipse studiis operam dederat,**) obtinuerunt: itaque magistri et scholares in unam Universitatem atque jurisdictionis potestate in unam rem publicam omnium civium civitatique annexorum conjuncti erant.***) Rector, ut in Parisiensi e, magistris sumebatur. Universitatis res externas politicas et oeconomicas curabat, ordinique licentiatus impetrando praeerat Cancellarius, plerumque Archiepiscopus Pragensis inde a Clementis VI. temporibus.

Quod ad modum vivendi attinet, magistri et scholares praecipue in rebus familiaribus per nationes divisi erant, quatuor in Pragensi et Viennensi; in Heidelbergensi, quas institui voluerat Rupertus, eae nunquam lucem viderunt.

Vix ulla per Germaniam reperitur schola, in qua quas vices, quae fata passa sint doctrinae studia, melius cognoscere possimus, quam in Universitate Heidelbergensi, nec mirum inde neque fortunae casui tribuendum, quod omnibus temporibus Academiae Heidelbergensis tanta fuit vis atque auctoritas: optime id cognosci poterit ex documentorum copia adhuc superstite omnemque Academiae historiam eximie illustrante.

---

*) De claris Archigymn. Bonon. professoribus I. pag. 434.

**) Vitam Caroli IV. et quidem literariam descripsit Joannes II. Archiepiscopus Pragensis in orat. funeb. post mortem Caroli IV. apud Freher. p. 110. (Origg. palatt.)

***) Ex methodo docendi fuit vocabulum „studium generale" conservatum et nostro saeculo in univ. Heidelbergensi sed — „ex jure regendi universitas."

Cujus historiam si spectamus, tres periodi distingui poterunt.

1) prima inde ab anno millesimo trecentesimo octogesimo sexto usque ad annum millesimum quingentesimum quinquagesimum octavum — quo anno Otto Henricus Universitatem, quae usque ad hoc tempus medii aevi instituta pure sequebatur, reformavit.

2) Altera periodus usque ad annum millesimum septingentesimum quintum: his temporibus omnes fere disciplinae secundum reformatorum doctrinam reformatae sunt. In jurisprudentia, quae antea duos habuerat facultates et quidem rectissime, quia plane alia est ratio juris ecclesiae, quam rerum publicarum et saecularium constitutio, ab Ottone Henrico institutum est, ut una tantum remaneret legistarum facultas, addito uno doctore decretalium quasi professore artis judiciariae idque idem invenitur in statutis Joannis Casimiri atque Caroli Ludovici. Nec ullum quidem hoc tempore vestigium reperitur juris ecclesiastici Protestantium: adeo interierat omnis vigor juris Canonici.*)

3) Tertia periodus usque ad nostram aetatem. Juris Canonici studia revocata quidem sunt, sed non rehabilitata. Ac tota horum studiorum ratio commutata est inde ab anno millesimo octingentesimo tertio, quo Carolus Fridericus ipse Universitatem restituit, ac nova ipsius statuta edidit.

Prima periodus

in qua antiqua studiorum forma conservata fuit.

Haec potissimum nobis sunt respicienda:
a) doctores vel magistri et ratio studiorum,
b) scholares et promotiones,
c) regimen Universitatis,

*) Häusser in opere historiae Palatinae vol. II. p. 203. de hac re haec eloquitur: „für Jurisprudenz war eben so reichlich gesorgt, wenn man das an protestantischen Universitäten damals etwas vernachlässigte Kirchenrecht der Katholiken ausnimmt."

d) libri, quibus tum ad studia colenda utebantur, de qua re multa eaque egregia inveniuntur tradita in C MS. Universitatis nostrae tom. I. Annalium.

Quae tractantes, nos continebimus in iis, quae ad jurisprudentiam pertinent.

Fuerunt tantum doctores decretorum, jusque Canonicum quasi unicum et quidem commune habebatur per Galliam aeque atque per Germaniam. Bene enim intellexerunt, in Decreto Gratiani non solum juris naturalis fundamentum ex jure divino quasi traditum vel sumtum et derivatum, sed notiones quoque regulasque juris Romani reperiri. Id vero nostro tempore non solum in Codice Gallico reperitur sed per totum orbem cognoscitur. De hac re i. e. de vi, ambitu et auctoritate tam juris Canonici quam juris Romani testatur Cardinalis Wisemann, vir doctissimus, in dissertatione nunc edita de ecclesia et scientia.*) Aliae res juris relinquebantur consuetudinibus moribusque singularum gentium et civitatum.

In Universitate Pragensi jus Romanum solummodo ex jure Canonico cognosci poterat, uti docet *Tomek;* in Parisiensi obtinuit Honorii constitutio „super specula" — in Heidelbergensi rarius tantum juris civilis professorem institutum invenimus. Studiorum et literarum rationem, qualis in Heidelbergensi Universitate floruit, optime cognoscimus e Codice Heidelbergensi illo tom I.; inde intelligimus, quo modo et qua ratione praelectiones de Decreto et de Decretalibus habitae sint, quo modo promotiones factae sint, atque ubi de doctoratu juris agitur, additum invenimus „sciendum, quod facultas juris desinit in legistis" — sequitur index promotionum usque ad saeculum decimum quintum continuatus, in quo si quando legista commemoratur, is de codice praelectiones habet: pandectae istis temporibus vix cognitae fuisse videntur: in jure Canonico col-

*) Haec oratio habita est vigesimo nono die Junii hujus anni Londini, cum docti quidam viri conjungerentur in societatem, quae appellatur academia religionis catholicae. Multa hic proferuntur de ratione, quae valet inter ecclesiam et scientiam, philosophiamque rerum naturalium.

lectiones antiquae quoque ignorabantur, ut ex indice librorum, quem idem codex profert, satis apparet. Primus legista erat Dominus Matthaeus protonotarius Arragonensis.

Doctrinae opera, quibus illius temporis Jureconsulti utebantur, in eodem codice, qui horum operum accuratum continet indicem, exhibentur vel scripta de decreto et decretalibus, scripta Innocentii, Hostiensis, Andreae, Mandagoti, Archidiaconi, et ipsa fontium opera vel opera ad usum practicum pertinentia, ut opus Durandi, Rolandini, ex quibus omnibus cognosci potest, jus canonicum sua eaque propria habuisse verba et vocabula: denique institutiones juris Romani, Codex Justiniancus, sed Pandectarum solummodo partes, denique vocabularia juris. Reperiuntur quoque in his alius argumenti libri, ut Boethii consolatio, Senecae ludus de morte Claudii, plura ad theologiam spectantia volumina.

Ita omnes libri, quos Universitatis bibliotheca acquisivit, in hunc quoque indicem relati sunt, qui praebet bibliothecarum tunc temporis constitutarum speciem.

Praefuit Universitati Vicecancellarius: Rector ex artistis eligebatur et vocabatur Rector universitatis studii Heidelbergensis; saepius appellantur „Rector, doctores et magistri Universitatis Heidelbergensis.“ Primus professor juris Canonici Joannes Voet fuit, artium quoque magister et Rector. Praga hic venerat. Legistarum nulla ratio Heidelbergae habita est, in statutis autem cautum erat, ut, cum legista in facultate deesset, in examinibus et promotionibus doctor vel licentiatus juris civilis arcesseretur, donec facultas vel hac ratione plena esset facta.

Scholares in bursis habitabant, de quarum visitatione praesertim per horas nocturnas plure in Codice inveniuntur statuta, quia bursarum praepositi multa celare solebant.

Per totum fere medium aevum more antiquo literae tractabantur. Jus Canonicum colebatur tanquam antiquum aeque atque novum: mox vero Decretum cum paulatim in desuetudinem abiisset, jus Decretalium primum obtinuit locum, conjungique cum eo coepta est historia ecclesiastica simulque etiam jus Canonicum in dies majorem vim acce-

pit in processu, accedentibus practicorum sententiis inde a Durandi aetate. Paulatim legistae sed rarius in Germania, quam in Italia et Gallia exoriuntur, praesertim in Palatinatu, cum principes Palatini crebrius constituerent, ut a jure particulari eoque solito standum esset, ita ut omnes fontes juris illius temporis vel in jure Canonico vel particulari Germanico reperiantur.*) Quoniam vero progrediente juris scientia secundum Bartoli rationem et serioris aevi medii rationem jus quodammodo commune quasi mixtum ex jure Romano et Canonico colebatur, tres in Universitate professores creati sunt, Codicis, Institutionum et Pandectarum.

Quibus de rebus, quum abunde expositum sit a celeberr. Wundtio**) hoc loco pluribus agere haud necessarium esse videtur.

Neque alio modo artes ad rationem antiquam et solitam tractabantur, ipsique Jurisçonsulti magistri artium quoque esse maluerunt, non solum honoris et rectoratus causa, sed etiam, quod saecularis scientiae ratio et dignitas id quodammodo postulare videbatur.

Theologorum scientia scholasticam sequebatur.

---

*) Höfler in libro „Rupertus Palatinus. Friburgi, 1861. p. 129. not. 3. profert haec: „Da Land und Leuten von dem Kaiserrecht grosser Schaden begegnet wäre und noch bevorstehe, so wolle er (Rupert), dass beschriebene Rechte unsern Ländern am Rhein wieder sollen beschrieben geben werden in Büchern, dass sich unser Städt und Dörfer darnach gerichten mögen.“ Vid. *Tolner* Hist. Palat. in qua vero docetur, talem librum nullo modo esse perscriptum. (Male ibi citatur doc. LXXXV. pro LXXXVIII.) v. collectio documentorum.

**) Programm. de origine et progressu facultatis juridicae in Acad. Heidelb. progr. V.

Periodus altera

quae non solum scientiam sed etiam statum politicum reformare studuit.

Jam quae mutatio sub Ottone Henrico anno millesimo quingentesimo quinquagesimo octavo facta est, cui nonnulla postea anno m. q. septuagesimo quinto accesserunt, ea accuratius nobis inspicienda erit. Ac satis inter omnes constat, typographica arte inventa magnam omnium rerum indeque etiam literarum et studiorum mutationem esse allatam, adeo ut libri typis expressi mox in locum librorum manuscriptorum cederent, qui ipsi paulatim interierunt, cum non amplius describerentur; nec mirum, magnam quoque id vim exercuisse in Universitates omnemque studiorum rationem, quae omnia hoc loco uberius persequi non vacat: id unum nobis monendum est, jus Canonicum fere neglectum esse. Otto Henricus in reformatione anni m. q. quinquagesimi octavi duplicem Jurisconsultorum facultatem, canonicam et legisticam, sustulit eoque studium juris Canonici plane suppressit, his verbis:

> wiewol unsre vorfahren diese der juristenfakultät in zwey Theil nämlich das canonicum oder geistlich Recht und das weltlich civile genannt unterscheiden und getheilt — so haben wir doch angesehen gegenwärtiger Zeitlaufte, obgenannte beide Stück zusammengezogen.

Addit idem:

> wer (professor) ein anderes lesen wollte als secundum decretalium — dass er solches zuvor Decano et facultati juridicae die Sachen zu erwägen und zu bedenken, ob es nützlich und ohne Verlezung unserer christlichen Religion bestehen möge. etc.

Quo modo fieri potuit, ut seriori tempore a facultate ipsa ad electorem rescriberetur *):

*) Annales t. XI. fol. 277—280.

dass die auditores zum Theil in dem irrigen Wahn waren, dass in explicandis decrotalibus nichts sonderliches fruchtliches docirt werde.

Quod Heidelbergae factum est, idem in ceteris Protestantium Universitatibus invenitur: neque casu effectum esse videtur, ut in Catholicorum Universitatibus juris Canonici vis et dignitas imminueretur, et ambitus totaque studiorum ratio una cum systemate juris per christianum orbem propagato laederetur atque inde delaberetur. In quem finem adeo respicere licet ad Universitatem Ingolstadtiensem.*) Atque ex hac Ottonis Henrici reformatione nullus Rector ex lectoribus juris Canonici electus est usque ad annum m. septingentesimum octavum.**)

Erat solummodo Decretalium professor, qui Decretalium librum secundum explicabat, et ex hoc simul judiciorum doctrinam tradebat: tres nunc nominati erant juris civilis professores — professor Codicis, qui postea etiam jus publicum assumebat, deinde Institutionum et Pandectarum professores, quorum prior jus naturae et criminale, alter jus feudale docebat.***)

In tribus statutis (1558, 1588, 1672) salaria horum quatuor professorum constituta et aucta indicantur. Quae statuta ut maximi sunt momenti et transierunt in statuta aliarum civitatum Protestantium, ita satis ostendunt juris Canonici parvam per illa tempora fuisse vim et auctoritatem Neque vero aliter aliis in Protestantium Universitatibus res se habuit: tantum serioribus ex temporibus opus eximium laudari potest *J. H. Böhmeri*, qui accuratissime fontes juris Canonici examinavit ipsumque argumentum subtiliter disquisivit, operamque omnem dedit, ne jus Ca-

*) Annales Ingolstadtiensis Academiae inchoarunt Valentinus Rotmarus et Joannes Engerdus, emend. auxit continu. *Joann Nepomuc. Mederer*. Ingolstadt, 1782.

**) *Schwab*, syllab. rectorum t. II. p. 127—sqq.

***) Quo modo per Italiam speciales doctrinae processus, juris feudalis et criminalis excolerentur, jam ab aliis explicatum est. cf. Rosshirt hist. et syst. jur. crim. part. I.

nonicum, quod ad Protestantium civitates attinet, prorsus interiret.

Sed tunc haec disciplina alteri forsan discrimini subjecta est, quod jus ecclesiasticum nova ratione tractari coepit a scriptoribus Protestantium quam Catholicorum Böhmeri et patris et filii vestigia legentium.

Hoc vero modo jus Canonicum tanquam proprium juris christiani systema resurgi et ex sepulcro quasi revocari non poterat. Hierarchia ecclesiae Catholicae tunc temporis minus cognoscebatur et dijudicabatur; ipse enim Böhmerus omnem contulit operam in eam hujus disciplinae partem, quam nominavit jus parochiale Protestantium.

His denique adjiciamus quaedam singularia de scholaribus et dignitatibus medii aevi.

Literarum studia, medio aevo exeunte, denuo in Italia efflorescentia, id efficere debebant, ut illa homines ad veros humanitatis fontes revocarent, eorumque animos cujusque boni et veri sensu imbuerent; itaque Bononiam confluxere omnes omnium gentium literarum studiosi, qui secundum nationes divisi et hoc gentilitatis vinculo conjuncti ipsi ordinem omnibus constitutum sequebantur sub tutela Papae et singularum urbium: Hi se ipsos regebant adeo, ut non solum auditores sed etiam docentes scholaribus adnumerarentur.

Idem Parisiis factum esse videmus, sed ibi regimen penes magistros fuit: scholares, qui in bursis conjungebantur, regimini a se in rebus familiaribus constituto subjecti fuerunt. Haec bursarum ratio in Germaniam deinde quoque propagata transiit, namque conveniebat corporationum naturae per medium aevum. Conditae sunt hae bursae a singulis benefactoribus certum in finem, idque in Universitate Heidelbergensi, in qua postremo omnes bursae in unum conjunctae inveniuntur, optime intelligi potest: et quamquam bursae isque familiarum ordo atque alia, quae ad medii aevi rationes accedebant, aut inde deducta erant, tollebantur, tamen mox intellectum est, necessarium esse adolescentes certo regimini atque imperio subjicere, quod

ex ipsis sodalibus sumtum, praecipue secundum singularum terrarum et gentium consuetudines constituebatur.

Unde gliscente abusu extitit pennalismus, qui apud nostrates dicitur, more Gallico, ubi vocabulum occurrit bejaune: beanus. Is est novellus studiosus, qui ad Academiam nuper accessit: beanus est avicula nesciens vitam studiosorum, quae nondum e nido evolavit. Beanus deponere debuit vitam consuetam, uti placuit dicere, cornua: ideo ritus et modus despositionis beanorum (Gelbschnabel). Is quidem recipiebatur inter bacchantes, cujus capellos depositor circumcidebat, certos quosdam ritus observans, unde Schoristae nomen accipiebat, ipseque vero familiaris magister quasi erat, eique subditus pennalista vocabatur.

Hicce pennalismus cum multa afferret mala et detrimenta,*) a principibus nonnullis aeqae atque a conventu principum Protestantium Germanicorum Ratisponae convocatorum imprimis Palatinorum severissime interdicebatur.**) In Catholicorum Universitatibus minus propagatus ille fuisse indeque etiam minorem vim habuisse videtur.

Quamquam vel posteris temporibus mansit nomen: novellus studiosus; olim vocabatur Justinianista, serius voce germanica Fuchs:***) interiit tamen et nationalismus et pennalismus: sed nunc exorti sunt ordines, qui dicuntur — similes societati latomorum aliisque hujusmodi institutis, mox vero et ipsi sublati sunt et interdicti. Praeterea inveniuntur sodalitates et corpora, quae suis statutis regebantur praesertim in iis, quae ad duellum pertinent, receptum more germanico ex statu nobilium. Ac sane vel abusum utique facile irrepentem si concesseris, tamen negari nequit, studiosorum juvenum vitam, quae societatibus careat, cogitari vix posse: quamquam ad animi recreationem vitaeque jucunditatem in talibus nunc magis spectari, quam ad literarum studia, nemo est, qui negare possit. Itaque ex studiosorum sodalitiis, qualia nunc reperiuntur, nihil quod

*) Schwab syllab. rector. t. II. p. 15.
**) Annal. Heidelberg. anni 1654. p. 377. 379.
***) Schulfuchs.

ad literarum studia imprimis ad jus Canonicum pertinet, colligi posse, sed id potius quaeri, ut nobilium status et honestas vitae inter studiosos quodammodo conservetur, neminem fugit.

Jam de dignitatibus et honoribus academicis iisque conferendis nonnulla afferamus.

Theologi ab initio fuerunt magistri in artibus, postea receperunt titulum doctoris decretorum: majoris vero momenti id est, quod Rector Universitatis e magistris eligebatur: ideoque doctor decretorum nullo modo ex hac dignitate, sed tantum si magister in artibus simul extitit, admittebatur. Nec minus medicus erat magistor in artibus, variasque vices et fata non tam e libro *Ackermanni* valde celebrato de schola Salernitana, quam ex egregio opere *Bulaei* de Universitate Parisiensi cognoscere licet. Legista non raro dignitatem suam referebat ad Bononiensem et Aurelianensem Universitatem. Apud Ultramontanos et Citramontanos utriusque juris doctores si erant laici, distinguebantur a magistris, ad quos clerici tanquam doctores decretorum saepissime pertinebant.

Quod vero Sarti praoter septem artes philosophiam quoque recenset prioribus saeculis tanquam proprium doctrinae genus, falsum videtur, cum philosophia ad artes pertineret: id expresse indicat *Bulaeus* exponens, lectiones literaturae Graecae ad grammaticam spectare, neque de metaphysica et philosophia naturali tractare.

Philosophia ipsa erat pars dialectica. *Bulaeus* lib. III. 82 haec profert: „legant libros Aristotelis de dialectica, duos Priscianos, legant philosophos et Rhetorica, quadrivilia, barbarismum et ethicam, quartam topicorum: non legantur libri Aristotelis de metaphysica et naturali philosophia, nec summa de eisdem M. David de dinant aut Almerici haeretici aut Mauritii Hispanici.“ *)

In Universitatibus ultramontanis initio legistae docto-

*) Bulaeus III. 82. Tu vid. Catalogum librorum in Univ. Pragensi apud Vogt l. l. pag. 98.

res laici ad Universitatem haud accensebantur.*) Doctores quoque decretorum itemque doctóres medicinae omnino ab artistis distinguebantur et proprios ordines constituebant; inde enim ortae sunt quatuor facultates. Hoc modo adeo factum est, ut doctores decretorum et legum crebro in duas facultates conjuncti reperiantur.

Fuerunt autem illis temporibus tres honorum gradus: baccalaureatus,**) licentiatus, doctoratus. Medicinae doctores in Parisiensi Universitate adeo coelibes esse debebant, postea tamen hoc abrogatum est: idemque etiam canonistis laicis concessum est. In Heidelbergensi Universitate jam mature baccalaureatus sublatus est, ut ex Annalibus intelligimus, quibus continentur indices Licentiatorum et Doctorum.

Magistri et Doctores, qui lectiones habebant, dicebantur regentes vel actu regentes, ceteri non regentes: inde in majoribus Universitatibus, ut in Pragensi et Viennensi, duo collegia instituebantur — professorum et doctorum, quemadmodum id adhuc in Viennensi obtinet. Licentiatorum rationes haud recte exposuit *J. H. Böhmer*,***) ideoque merito vituperatus a *Sarti*, qui vitam celeberrimi Gratiani exponit.

Quod ad salaria attinet, theologi tanquam magistri in artibus beneficia non habebant, quia erant alio modo praebendati: reliqui professores accipiebant salaria a regibus et principibus, idque non in Gallia et Anglia tantum factum est, verum etiam in Germania atque in hac ipsa Universitate Heidelbergensi, ut ex Annalibus nostrae Universitatis satis superque constat: unde respublica Universitatum quodammodo libera, nunc, quia dotatio ex aerario facta est, valde mutata est, adeo ut nostris temporibus Universitates Germaniae assumserint formam institutorum publicorum.

Quod vero in tanta omnium rerum commutatione aca-

*) Glossa ad Clem. 2. lib. §. 1. s. v. doctoratus Ultramontani et Citramontani in omnibus rebus diversi.

**) bachelier a bataille — derivatur.

***) praef. ad Decretum.

demici gradus adhuc servati sunt, id quidem et ipsum dignitatem Universitatis retentam declarat, simulque eam animorum libertatem, ad quam etiam nunc studia nostra sunt dirigenda.

Periodus tertia.

In saeculo XVII. et XVIII. attingimus tempora, quibus juris Canonici studium jam ad illud pervenit culmen, quod nunc tenet.

Ex certamine inter Catholicos et Protestantes ab una parte, et ex diversitate systematis juris curialis et studiorum neotericorum Catholicorum tam in Gallia quam in Germania ab altera parte nova quidem methodus exorta est, qua jus Canonicum in genere et jus ecclesiasticum in specie distinctum et novo ordine elaboratum est.

Nolumus verba facere de Gallicanismo, Febronianismo, Jansenismo et Josephinismo, sed solummodo demonstrandum est, quonam modo per saeculum XVIII. juris Canonici disciplina fructus ceperit in Germania et praecipuae in universitate Heidelbergensi. Ea ipsa colebat jus tam Catholicorum quam Protestantium toto illo saeculo et celeberrimos nutrivit magistros et scholares juris Canonici — quorum mentio nunc facienda est.

Leonardus Rossmann in Universitate Heidelbergensi primus fuit, qui anno 1708 Canonum cathedram conscendit; accidit interim, ut Joannes Guilelmus comes palatinus Academiam Heidelbergensem nuper bello pene perditam restauraret, et praeter professores religionis reformatae etiam catholicos adsumeret. Hic rector Rossmann scripsit dissertationem de testamentis Clericorum. Ille quidem Elector Joannes Guilelmus in urbis medio loco opportuno et commodo construxit fabricam Universitatis sub Rectore Melchiore Kirchnero Architectonicae bene gnaro XXIV. Junii 1711.

Inter scholares Universitatis quoque erat Stephanus Alexander de Würdtweiu, celeberrimus auctor Conciliorum

ecclesiae Moguntinae et subsidiorum diplomaticorum ad selecta juris ecclesiastici Germaniae et historiarum capita elucidanda eaque originalibus aliisque authenticis documentis congesta aeque notis illustrata tom. I—XIII. 1772—1780. — et novorum subsid. diplomaticorum ad selecta juris ecclesiastici Germaniae et histor. capita elucidanda. tom. I—XIII. 1781—1789.

Non minus laudandus est Antonius Schmidt: hic novum systema institutionum jurisprudentiae sacrae in lucem edidit, idque in usum Germaniae potissimum illustravit.

Tunc vero thesaurum juris Ecclesiastici in VII. tom. promulgavit omnesque fere canonistas in propriam scriptorum juris Canonici societatem quasi conjunxit. Hic ipse erat, qui contra Congressum Embsensem se opposuit, et librum conscripsit, qui fuit cupidissime lectus, aulasque Principum praecipue Episcopos Germaniae attentos habuit.

Inter socios thesauri nominandi sunt Riegger, Neller, Gallade, Dürr, qui in hoc thesauro disseruerunt de Imperatore Concordatorum protectore — de pace Westphalica — et de doctrinis omnibus, quae ad internam juris Canonici interpretationem spectant.

Cum ordo Jesuitarum suppressus esset, pauci remanserunt, qui jus Canonicum docerent, e. g. Josephus Kleiner, Kübel vir eruditissimus, a celeberrimo nostro Savignyo laudatus, qui dissertationem scripsit de dispensationibus, sed mox saeculo XVIII. ad finem perducto novus ex omnium rerum conversione in Gallia facta et ad alias terras translata exortus rerum ordo novum protulit scientiarum et rerum publicarum progressum forsitan et regressum.

Adnotatio.

In nostra praefatione jam expositum est, vocabula plurima in hoc manuali explicata originem sumsisse vel a verbis linguae graecae vel ex nova latinitate verborum, quae ab ecclesia Romana in suum usum confecta sunt.

Quem in finem brevis complexus horum verborum Lectoribus, illud tantum respicientibus, offertur, non vero Index omnium, quae hic libellus continet, Vocabulorum exhibetur.

Ad id quoque respeximus, ut, si lector comparare velit Indices librorum celeberrimorum, qui hac de re tractant, exempli gratia librorum Thomassini, Ferraris et aliorum, certissimum ipsi fiat, nostros labores in exquirendis vocabulis juris Canonici et theologiae non fuisse sine fructu. Ad indicem Ferraris observamus, eum, qui appellatus est generalis, supplementum quoque in se habere operis ipsius et multa proferre, quae in opere ipso non continentur.

Denique in lectorum usum quaedam vocabula adjunxisse juvabit, quae ad studia Germaniae in jure Canonico per medium aevum pertinent, propriis typis signata.

Encyclopaedia.
Ensalmus.
Entheca.
Enthymema.
Epanle.
Epicheja.
Epikeia.
Epileptici.
Epiphania.
Episcopatus.
Episcopus.
Epistilium.
Epistolae ecclesiasticae.
Epistolium.
Epitimium.
Eqnites ordinum.
Eremita.
Eremodiclum.
Ergasteria.
Ergastulum.
Errare. Error.
Eschatologia.
Ethnica. Ethnici.
Eucharistia.
Euchologium.
Euge, Euge psalm. 69. voc. ital. „ecco."
Eulogia.
Eunnchi.
Eutrapelia.
Euchterion.
Evangelistae.
Evodia.
Euouae.
Examinatores prosynodales.
Exceptio.
Excommunicare.
Execntio. Executor.
Exemplaria.
Exemtiones.
Exenium.
Exequiae.
Exercitia.
Exhedrae.
Exomologesis.
Exorcista.
Extravagantes.
Exnviae.

Fabrica ecclesiae.
Fabrica operis — villatica.
Fabricensis.
Facere.
Facinns.
Factum notorium.
Facultates.
Faidae.
Falcidia.
Falda.
Fama.
Familiaris.
Famulus.
Fanatici.
Fartorum.
Fascinare.
Femina. Feminae.
Fenestrae.
Feriae.
Fermentum.
Ferragosto.
Ferto.
Ferula.
Festa.
Festa dimidiata.
Fibularum usus.
Fides.
Fileastra.
Filioque.
Finitum.
Flabellnm.
Flammeum.
Florenns.
Fodrum.
Fontes juris.
Foresta.
Forisfactum.
Formatae.
Fornicatio spiritualis.
Fossa.
Franchitiae.
Fratres minores.
Fratissae.
Fucatus.
Fucus.
Fugitivus.
Fulminare.
Funeralia.
Funiculus.
Furtum.

Gabaonitae.
Gabella.
Gageria.
Galea.
Galerus Cardinalium.
Galliae tres.
Gallia purpurata.
Garciones.
Garenae.
Gazari.
Gazophylacium.
Generatianismus.
Geographia sacra.
Geomantia.
Gerontocomia.

Errata.

pag. 10. s. v. apocastasis: apocatastasis.
pag 10. s. v. apologia pro res: re.
pag. 30. s. v. Christianismus pro Indaei: Judaei.
pag. 89. s. v. imagines pro genetricis genitricem: genetricem vel matrem Dei.
pag. 104. l. 10. pro difusum: diffusum.
pag. 133. lin-ult. deleatur: in.

Druck von G. Mohr in Heidelberg.